Septimò limita, quando teſtes producerentur poſt obtentam publicationem,& ad cõfirmanda dicta priorum teſtium,& ad impugnanda dicta teſtium, qui ex aduerſo producti improbauerant dicta per priores teſtes. Innoc. Abb. Bald. & Capra in cap.cùm clamor, de teſtib. Anto.de Butr.in cap.cùm in tua,eod.titu. & ibi Maria. col.xxiii.de teſtib.Abb.in c.ex tenore col.fin.& ibi Fel. colum.ii.eod.tit.Bald.in cap.licèt dilectus, eod. tit. Salic.in d.auth.atqui ſemel,col.fi.& ibi Bald. colum. ii.& in l.ſi quis teſtibus,col.v. de teſtib. Corn.in conſi.xxvii. colum.pen.volu.iii.Petr.de Anch.in clem.ii,col.iiii.de teſtib Soc. in regula cccciii.in xxix.& xlvii.fall.Ang.in d.auth. atqui ſemel col.ii.Salic.in l.per hanc, col.iii.C. de tempo.appel.Imol.in d.c.fraternitatis,col.pen. Cæp. in conſi.ciu.lv.deciſ.Neap.lxii.in nou.Affli.ſuper conſt. fol.cclvi.col.ii.& ſeq. Contrarium Abb. in d. cap. cùm

clamor,

clamor, col. i. in fi. de teſti. Qui declarat ex mẽte Imolæ, Iaſ. in conſi. xliii. col. ii. vol. i.

Octauò limita, quando quis vellet etiam poſt publicatas atteſtationes admitti ad probationem ſuper eo, ſuper quo non ante publicationem non potuit ſuper eo facere examinare, nec erat quid mihi ſuper hoc imputari poſsit, vt declarat ipſe Maria. in d. c. fraternitatis, col. xxiii. & facit quod not. Bald. in d. auth. atqui ſemel, colum. ii. Abb. in c. ex tenore, colũ. ii. de teſtib. vbi not. Innoc. & alii & ibi Felin. colum. fin. Cæp. in conſi. ciu. lv. Affict. ſuper conſt. fol. cclvi. colum. i. Aymo. in conſi. lxv. col. i. Vide eundem cõſil. lxviii. in i. nu. 1. 2. & 3. vbi probat, & ſubiicit aliam fallentiam, & conſi. lxxiiii. eod. volu. uume. 4. & 5.

Nonò limita, niſi is qui petit & inſtat pro productione teſtium poſt publicatas atteſtationes fuerit impeditus vel facto iudicis vel partis teſtes examinare ante aperturam teſtium, quia in tali caſu etiam poſt aperturam teſtes poterit examinare. Bald. in c. i. §. item ſi vaſallus, in tit. de controu. inueſt. Anto. de But. in c. tam literis, de teſtib. Aret. in c. intimauit, col. vi. eo. titu. Fel. in d. c. fraternitatis, col. iii.

Decimò limita, nam licèt directò non poſsit contrarium probari, poteſt tamen per indirectum, videlicet quòd ille qui dicitur contraxiſſe tali loco & tempore non fuerit illo loco, ſed alibi, vt per glo. in d. clem. ii. in glo. in verbo directò. Ioan. And. in addit. Specu. in § ſæpe, in ver. porrò, in tit. de teſtib. Ang. in §. quia verò in authen. de teſti. col. ii. ver. Vlterius oppono. Bald. in l. ſi quis teſtibus, colum. ii. C. de teſtib. Anto. de Butr. in d. c. fraternitatis, colum. xliii. Card. in clem. ii. in v. oppoſit. & idem Ant. in cap. ſeries, colum. iiii. & in cap. ex tenore, colum. iii. de teſtib. Angel. in l. per hanc, colum. fina. C. eod. titu. Imol. in d. c. fraternitatis, colum. fin. Guid. Papę in ſing. cviii. Bouer. in verbo Teſtis ſing. xxv. Oldẽdorp. in libell. iuris & æquit. fol. lxxviii. Bart. in auth. at qui ſemel col. pe. & ibi Ang. col. i & Imol. Paul. & Alex.

in d.l.diuus,col.ii.ff.de re iudic.Feli.in c.licèt cauſam,in xvii.colum.in verſi.prima cóclusio, de probat.poſt Anto.de Butr. Imol.& Abb.ibi.Bald.in d.l. per hanc, colũ. pen.& ibi Salic.col.iii.in fi. Afflict.ſuper conſt.fol.cclvi. col.i.Ruin.conſi.xv.col.pen.volu. v. Contrarium tenet Vincent.in d.c.ex tenore, vbi etiam Abb.& Fel. col. fin. Maria.autem in d.c.fraternitatis,col.xxiiii.diſtinguit, quòd aut potuit imputari parti cur ante non examinauit teſtes,cum de illo potuit eſſe aduiſata,& tunc non poſsit vlterius examinare: Aut verò nihil quod imputari poſsit parti cur prius teſtes non examinauit,& tunc poteſt teſtes examinare,vt per eum. Idem Petr.de Anchara.in clemen.ii.colum.iii. in fi.de teſti. & hoc etiam ſumitur ex mente Bald.in d.auth.atqui ſemel,colum.ii. Felin.in d.cap.licèt,col.xvii. verſi.i. Fallit. Salicet.in l. ſi quis teſtibus,colum.v.de teſtib. Homod.in cõſi.cxliii. colum.iiii.& ſeq.

Vndecimò fallit in teſtibus examinatis in iudicio nullo, quia eorum publicatio non impedit quominus alii teſtes recipi & examinari poſsint; vt per Rot.in antiq. deciſ.xlii.Alexan.conſi.ccxiii.in ii.nume.xii. verſi. Quò ad ſecundum.& hoc intelligit verum eſſe Marian. in d.cap. fraternitatis,colum.xxix. vbi nullitas iudicii pariter inficit etiam probationes, ſecùs, ſi non obſtante nullitate iudicii, probationes remanerent validæ & legitimæ,vt ibi per eũ,& pro iſta limitatione facit, quod habetur in prima limitatione.

Duodecimò limita in minore, qui beneficio reſtitutionis in integrum admitti poteſt ad producendos teſtes,etiam poſt publicationem obtentam , quicquid dixerit Din. qui contrarium tenebat in l.i.§.nuntiatio.ff. de oper.nou. nuntiat.& ita tenuit Innocen.in cap.auditis,de reſtitu.in integ. vbi etiam Abb.colum.fi.& Imol. colum.pen.Spec.in titu.de reſtitu.in integ.§.Vltimo videndum,verſi.quid ſi in cauſa.Bart.Imol. Alexan.Iaſo. & alii omnes in l.i. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nuntiat. & idem Bart. in l. minor triginta annis. §. ſi omiſ-

ſam, vbi etiam Bald.ff. de minor. & in l.petendæ.C. de tempor. in integ. reſtitu. in fin. Guil. de Cuneo & ibi Bald. Angel.& Alexand.in l.vbi exigitur.§.i.ff.de eden. Bart. in dicta authen. at qui ſemel, in prima colum. in fin. de probatio.vbi etiam Salic.colum.i. & ſequen. qui ſublimitat. & Bal. colum.i. in cap. i. §. ſi enim domino, colum. fina. quid ſit inueſtitura. Paul. de Caſtr. in l. prima.§.editiones,in fin.ff.de eden. Socin. in regula cclxii. qui ſublimitat. Imol. colum.ii.Aretin. in dicto cap.fraternitatis,colum.xvii.& ſequen. vbi etiam Marian. colum. xxi. & iſtam dicit communem Claud. in rubr.ff.ſolu. matr.colum.i.in fin.& ſeq. Abb.in dicto cap.fraternitatis,colum.iii.in viii.caſu de teſtib.Socin. in regula ccccii ii. in xxvii. fallen. Aluarot. in cap. i.§. Item ſi vaſallus, de controu. inueſt. Capell. Tholoſ.& ibi Apoſtil. deciſio. ccxlviii. Felin. in dicto cap. fraternitatis, colum. v. qui ſublimitat. Declara, vt per Contar. in repetitione l.diffamari, nume. lxvii. & ſeq. C. de ingen. & manumiſſ. Et id quod etiam dicitur in minore, procedit in Repub. & Eccleſia, vt per Docto. ſupra allegatos,& Imol.in dicto cap.auditis. & Bart. & alios in dicto §. nuntiatio. Card. in dicta clem.ii. quæſtio.xvi.de teſtib.Abb.in d.cap. fraternitatis,colum.iii. in viii. caſu, Bald. in d.l.per hanc colum. antep.

Decimotertiò limita in maiore, qui haberet cauſam communē cum minore, qui reſtitutionem habuiſſet, vt non obſtante publicatione poſſet teſtes producere, nam idem poterit maior,qui cum minore cauſam haberet,ſi intereſſe eſſet indiuiduum,vt per Bald. in l. denique.§. ſed vtrum,in fi.ff.de minor.refert & ſequitur Marian. in d.c.fraternitatis,col.xxxii.Soc.in conſ.cx.col.ii.vol.iiii. Apoſtil.ad deciſ. Tholoſ.ccxlviii.

Decimoquartò limita in maiore, qui cauſam habet contra minorem reſtitutum aduerſus publicationem: quia & ipſe non obſtante publicatione poterit teſtes producere,quando omiſsio probationis minori fuit cauſa,vt maior teſtes non produceret,vt no.Bar. in d.l.i.§. nuntia-

nunciatio, in fi. & ibi Alex. in fi. ff. de ope. nou. nunt. Spe. in tit. de dilat. §. Videndum, verſi. In ſumma el I. Bart. & Bal. in l. pendente. C. de tempor. in integ. reſt. Imo. in c. auditis, in ii. col. de reſt. in integ. Aret. in d. c. fraternitatis, col. xxii. Maria. colum. xxxii. quicquid aliter dixerit Bal. in d. l. per hanc, in fi. col. & videtur de mente gloſſæ fin. in c. ex tenore, de teſtib. prout refert Iaſ. in l. admonendi, col. viii. ff. de iureiur. Quod ſi vna pars aliqua ex cauſa poterit nõ obſtante publicatione alios teſtes examinare, hoc etiam poterit facere eius aduerſarius. Soc. in conſi. cx. col. i, vol. iiii. & ſeq. Fel. in d. c. fraternitatis. col. v. deciſ. Neap. clxx. in nou. declarat.

Decimoquintò etiam maior reſtituetur ex generali cauſa propter iuſtam cauſam, vt per Inno. in c. vltra tertiam, in glo. in verbo nequibit, vbi etiam Bal. in c. intimauit, vbi etiam Io. Ana. & in cap. cum veniſſent, de teſtib. Card. in conſi. xxiii. Marian. in d. cap. fraternitatis, col. xxxii. Hippoly. in l. i. §. ſi quis vltrò, col. xii. ff. de quæſtio. Abb. in d. c. fraternitatis, col. iii. in viii. caſu. Et propterea dicit Bart. in d. Auth. atqui ſemel, colũ. iii. quod qui ignorabat tempore publicationis ſe teſtes habere poterit illos producere, non obſtante publicatione. refert & ſequitur Imo. in c. in cauſis, de teſtib. colũ. pen. & Aret. col. ii. declara tamen iſtud vltimum, vt per eundẽ Aret. in c. intimauit, col. iiii. eo. tit. Ex hoc ſequitur ꝙ hæres poterit reſtitui ex capite ignorantiæ propter regulam generalem ad teſtes producendos non obſtante publicatione, vt per Aret. in d. §. intimauit, col. vi. & propterea in caſibus in quibus ſententia lata retractatur ope reſtitutionis, vt quia ſit lata propter teſtes falſos, vt in caſibus notatis per Bar. & docto. in l. diuus. ff. de re iud. & per Canoniſtas in c. licèt cauſam, de proba. poterunt teſtes examinari, non obſtante publicatione, ita dicit Maria. in d. c. fraternitatis, col. xxxii. in prin. ita tenet Deci. in d. c. licèt cauſam col. xi. dicens, ꝙ vbi conceditur reſtitutio in integrũ, ceſſat timor ſubornationis, per dictum Innoc. & Bald. in c. vltra tertiam, de teſti. &

in

in d.auth.atqui ſemel in v.col.in v. fall. Contrarium te nct Alex.in d.l.diuus col.i.in iii.limitatione.

Decimoſextò limita, vbi princeps cõcederet per ſuũ reſcriptum facultatem examinandi teſtes,non obſtante publicatione,cum clauſula non obſtante,vel cum clauſula ex certa ſcientia:vt per Spec. in tit. de teſtib.§. ſatis vtiliter.in xviii.caſu Maria.in d.c.fraternitatis,col. xxxi.in fi.Soc.in regula cccciii.in xxxii.fall.Afflict. ſuper conſtit.fol.cclvi.col.ii.

Decimoſeptimò limita, vbi variatur vel cauſa, vel res,vel perſona,ita ꝙ exceptio rei iudicatę in vna non obſtaret in alia,quia ad alium finẽ ageretur, nam licèt eadem fiat probatio, & teſtes ſint publicati in vna inſtantia vel cauſa, in alia ſuper eadẽ probatione poſſunt illi vel alii teſtes examinari.c.veniens, & c. præſentata, de teſtib.Bar.in d.l.per hanc,circa fi.C.de appellat.& in l.ii.circa fi.C.de eden.in l.ii.§ i.ver.quæro quid ſi ille. ff.vi bon.rapt.Bal.in d.auth.atqui ſemel,colũ.ii. in vii. fall.Bart.in extrauag.ad reprimendum in verbo ſummariè colum.iiii.in fin.& ſeq.Abb.in d.c.veniens, in verſi. Iterum eadem glo.colum.iiii. Ang.in l. quædam tabularum.ff.de furt.Rot.in nou.deciſ.ccccxxxvii. Abbas in d.c.fraternitatis in vi.& vii.caſu Maria.ibi colũ. xxxiii. Claud.& Purpur.in d.l.ii.colum.pen.Fel. in c.per tuas, col.i.in fi.de teſti.Soc.in regula cccciii.in viii.fall. & in xxii.fall.& xxxviii.& xl.fall.Aluar.in c.i.§. Item ſi vaſallus,de controuerſ.inueſt.Ang.in d.authen. atqui ſemel,Soc.in conſi.cx.colum.i. volu.iiii. Fel. in d.cap. veniens,col v. Contrarium videtur tenere Ant.de But. in d.cap.fraternitatis,cuius opinionem ſequitur ibi Aret. col.vii.& in c.conſtitutis,eo.tit. An autem quando variatur modus facti, poſsit, non obſtante publicatione examinari.Fel.in d.c.fraternitatis,col.vii. Et quid ſi facta ſit probatio in petitorio,& in eo obtenta publicatio, an in poſſeſſorio poſsit fieri probatio publicatione non obſtante? Afflict.ſuper conſtit.fol.cclvi.col.i.

Decimooctauò fallit,quãdo teſtes fuiſſent examinati

in iudi-

in iudicio ſummario,quia poſſunt,non obſtante publicatione examinari in plenario.d.cap. veniens, vbi not. Aret.in ſummario,& in iiii.col.in vi.notab. Marian. in col.xxxiii.in d.c.fraternitatis. Aretin.in c.cum in tua,in ii.colum.in iiii.notab.de teſtib. Rot.in nou. deciſ. xliii. Abb.in d.cap.veniens,ver. Iterum eadem glo.& ibi Bal. & ibi etiam Feli.col.viii. Socin.in regula cccciii.in xli. fall.& xlii.& xliii. vbi declarat qualiter hoc intelligatur.Brun.in conſi.xcviii. Bart.in extrauag. ad reprimendum in ver.Summariè,colum.pen. Gual. in enunt. liiii. Afflict.ſuper conſt.fol.cclv.col.iiii.

Decimononò fallit,quando teſtes ſunt examinati coram arbitro,& non ſunt mortui,& aduerſarius non vult illas atteſtationes recipere. Bart.in d.auth.atqui ſemel colum.fina. de probatio.Cyn.in l. per hanc, in ii.oppoſ. C.de temp.appel. Alexan.in conſi.lxxxiii.colum.i.vol. iiii.& col.iiii.Purpurat. in l.ii.col. xix. C.de eden.Bart. in d.l.per hanc, circa fin.Lanfranc.in c.quoniam contra §. Teſtium depoſitiones,col.xii.de probat.Afflict.ſuper conſtit.fol.cclv.col.iiii.

Vigeſimò fallit,quando teſtes ſunt examinati coram iudice,& poſteà iudicium deducitur coram arbitratore. Maria.in d.c.fraternitatis,col.xxxiii.Roman.in rub. de arbitr.in x.col.Soc.in regula cccciii.in xvii. fall.

Vigeſimoprimò limita,quando teſtes primò ſunt examinati coram arbitratore, nam aut non ſunt examinati in forma iudicii, & tunc, quia nullam fidem faciũt proculdubio publicatione non obſtante poſſunt teſtes examinari,quaſi examen ſit nullum,vt dictum eſt in prima limitatione, & ꝙ examen ſit nullum & fidẽ non faciat. Bonifat.in clem.ii.colũ. iiii.de teſtib.not.Iac.Butrig. & Bart.in l.fi.C.de teſti. Aret.in c.præſentata,colum.ii.& ſeq.extra eo.tit. Si verò ſunt examinati teſtes in forma iudicii,& tunc,aut tenemus ꝙ coram iudice nullam fidẽ faciant,prout tenuit Abb.in d.c.præſentata,& Bal.& Barth.de Salic.in d.l fi.C.de teſti.Ant.de But.in c.quintauallis,col.xxiii.de iureiur.& tunc idem dicendũ eſſet,

quòd

quòd pulicatio non obſtet,& ita tenuit Maria.in d.c.fraternitatis, col.xxxiii. Si verò tenemus, q̄ teſtes examinati corã arbitratore in forma iudicii fidẽ faciant corã iudice, prout, ſi eſſent examinati coram arbitris, vt tenuit Iac.de But.in d.l.fi.C.de teſtib.& ſequitur ibi Bar. & Ant.de But.& Aret.in d.c.præſentata,& tũc,quantum ad hoc,an examinari poſsint publicatione non obſtante,dicendũ eſt,prout dictum eſt in proxima limitatione in caſu quando teſtes ſunt examinati coram arbitris. Lanfranc. in d.c. quoniam contra.§. teſtium depoſitiones,col x.& Butr.in d.c.præſentata.

Vigeſimoſecundò fallit, vbi perempta eſſet inſtantia in qua teſtes ſunt examinati,vel propter ineptam petitionem,vel per lapſum triennii de iure ciuili, vt in cap. examinata, de iudit. & in l.properandum.§.i. & §.cum autem.C.eo.tit.& ita tenet Petr. de Anch.col. iii.in cle. ii.de teſtib. Sed iſta fallentia eſt bona quòad caſum, q̃n inſtantia eſſet perempta,ex qua etiam atteſtationes eſſent infectę,& propterea inualidæ fuiſſent redditæ, ſecus ſi perempta eſſet inſtantia remanẽtibus validis probationibus,quia tunc non liceret poſteà publicatis atteſtationibus teſtes examinare.ita cõcludit Maria. in d.c. fraternitatis,col.xxx.& col.xxxv.in xxviii.fall.Imol.in cle.ii.col.i.in fi.de teſtib.vbi ẽt Card.in iiii. q. & in d.c. fraternitatis in vlt.qõ.Socin.in regula cccciii.in xxxix. fall.Alex.in cõſ.lviii.vol.ii.vide Afflict.declarantẽ fol. cclvi.col.i.ſuper conſti.reg.

Vigeſimotertiò limita in cauſa matrimoniali, in qua ẽt poſt publicatas atteſtationes licet adhuc examinare teſtes,vt in c.ſeries,& ibi no.gl.de teſtib.& ibi no.Aret. in ſumm.illius tex.& illud tenet idẽ Aret.in ſummario c.cũ in tua,eo.tit.Spe.in ti.de teſte.§.ſatis vtiliter,in ix. caſu.Abb.in d.c.fraternitatis,in iiii.col.Fel.col.vi. Maria.col. xxxv.in xxix.caſu.Bouer.in ſing. in verb. teſtis ſing.liii.Petr.de Anch.clem.ii.col.iii.& ibi Imol.etiam colum.pen.Abb.in c.cauſam matrimonii,in ii. notab.de teſtib. Lanfranc. in d. cap. quoniam contra.§. Teſtium depoſi-

depoſitiones,colum xiiii.Angel.in §.quia verò,col.iii. ver.Vlterius oppono,de teſtib.& in authē.at qui ſemel, col.i.de probat.Abb.& Fel.in c.ſeries,de teſtib. Bald.in auth.nunc ſi heres,in i.col.C.de litigioſ.Abb.in c.ſicut literis,de ſponſal.Iaſ.in conſi.xv.lib.iii.vbi * de communi opinione teſtatur.Soc.in regula cccciii.in xv. fal. & fall.xxxvii.& Abb.in c.atteſtationes, de deſponſat. impub. Idem quando agitur de probatione matrimonii ſpiritualis.glo.in c.præſens clericus.xx.q.iii. Fel.in d.c.fraternitatis,col.vi.apoſtil.ad Abb.in eo.c. Felin.in c.primo,col.i.vt lit.non conteſt.& in c.cauſam, col.i.de probatio. & in rub.de ſponſal.col.iii.in iii. ſpeciali Rui. conſi.cxxx.col.fi.vol.iiii.declara tamen & intellige hāc limitationem,vt per Abb.in c.iurauit,col.pen. & fin.de probat.Bonif.de Vitel.in clem ii.col.fi.de teſtib. Iaſ.in conſi.xv.vol.iii.Soc.in regula ccccііі.in xlvi.fall.Fel.in c.lator,col.iii.verſi.Secunda declaratio. de re iud. & in d.c.ſeries,col.fi.de teſtib.vbi hoc tenet indiſtinctè & in c.conſtitutis,el ſecundo de teſtib.

Item limita & declara,vt per Aret. in d.c. conſtitutis, el ii.col.fi.& Fel.ibi. Itē vt per Hippol.in ſing.cxxviii.

Item,vt per Fel.in c.fi.col.v.de iudic.& vbi generaliter agitur de periculo animarum,non obſtat publicatio.Felin.in d.c.fraternitatis,col.iii.

Vigeſimoquartò fallit,vbi poſt publicatas atteſtationes fieret examinatio teſtiū de conſenſu partium.Abb. in d.cle.ii.in verbo producere.Io.And.in d.c.fraternitates,in fi.& in c.præſentata,de teſt.Bart. in d.auth.at qui ſemel.col.fi.in vlt.q.de probat.& ibi Bal.in i.col.in iiii. fall.Sal.col.ii.Bar.in l.per hanc.in fi.C.de temp.appell. Ang.in d.§.quia verò,col.iiii.verſi.Item oppono ad idē in fi.Imol.in d.c.fraternitatis,col.ii.& ibi Mari. colum. xxxv.in xxx.caſu.& in xxiiii.col.Alex.in l.i. col.iiii.in prin.ff.de feriis.Soc.in regula.ccccііі.in iiii.limi.Alua. in c.i.§.item.ſi vaſallus, de controuerſ. inueſt. Afflict. ſuper conſt.fol.255.col.iii.in fi.& ſeq.

Contrarium tenet Ang.in d.auctē.at qui ſemel, col.

ii.Immo.

ii.Immo etiam ſi conſentiat pars contra quam teſtes producuntur tacitè non opponendo,hoc ſufficit. Imol. in d.clem.ii.col.pe.in fi.Abb.in c.cùm contingat, colũ. pe.de offi.deleg.Fel.in d.c.quoniam contra, col.x.in c. paſtoralis.col.fi.de exceptionib.Cor.in conſi.xxvii.col. iii.vol.iii. Anto.de But.in c.in cauſis,in fi.col.& in c.vltra tertiam in v.col.& in repet.d.c.fraternitatis.colum. xxiiii.vbi etiam latè Fel.col.iii. & ſeq. vbi etiam tenet Io.And.& Mari.in col.fi.Fel.col.iiii.Iaſon in l. patre furioſo,col.iiii.ff.de his qui ſunt ſui vel alien. iur.& in l. certi conditio.§.quoniam col.v.ff.ſi cert.pet.Afflict.ſuper conſt.fol.cclv.Aymo.in conſi.lxv.col.i.

Contrariũ Aret.in d.c.fraternitatis, col. xiii. de teſt. Beltrand.in conſi clxvii.col.ii.vol.iii.Immo ſi iudex detulit productioni teſtium parte non appellãte, hoc ſufficit,vt per Alex.in conſi.lxxxiii.col.pe.vol.iiii.

Vigeſimoquintò fallit, vbi atteſtationes ſunt deperditæ, quia paria ſunt non eſſe, & non apparere, vt eſt tex.in c.fi.de probat.& ibi not.& iſtud voluit Bar. in d. auth.at qui ſemel.col.fi.Specu.in tit.de teſt.§.ſatis vtiliter,in fi.col. Inno.in c.conſtitutus,de teſt.Bal.in l.veluti.ff.de edendo.& in d.auth.at qui ſemel,col.ii.in vi.fal. Bal.in d.l.per.hanc.in pe.col.Abbas ĩ d.c. fraternitatis, in iiii.col.in v.fal.& ibi Imo.col.ii. in fi. & Maria.colũ. xxxv.in 32.caſu.Petr.de Anchar.& ibi.Bonifa.in fi.col. in iiii.fal.Fel.in d.c.per tuas,colũ.i.in fi.Soci. in regula ccccciii.in ix.fall. Aluarot.in c.i.§.Item ſi vaſallus.de cõtrouer.inueſt.Hippoly.in rub.de probat.col.lxx.hoc declara,vt per Milleum.in pract.criminali.fol.54.col.iiii. & Afflict.ſuper conſt.fol. 225.col.iiii.

Vigeſimoſextò fallit. Nam iudex etiam publicatis atteſtationibus teſtes repetere, vel interrogare poteſt, qui obſcurè depoſuerunt,quod debet facere ex officio, non ad partis inſtantiam.glo.in c.cùm clamor.& cap.per tuas,vbi etiam Inno.de teſt.Vide ibi Aret.col iii.cap.in præſentia,in glo.in verbo poſtquam.in c.cùm Io.de fid inſt.& in §.quia verò,vbi Bart.& Angel.in auth.de teſt.

Ant.

Ant.de But. Imo.& Fel.in d.c.per tuas.Bart. in l.iiii.§. hoc autem iudicium.in iii.q.de dam.infect.Imo.Abb.& Fel.in d.c.cum clamor.Fel.in c.cum à nobis, col. iiii. de teſt.& in d.c.cùm clamor,co.i.Bar.in l.repeti.ff.de quæſtio.Fel.in d.c.fraternitatis,colum.vi.vbi etiam Maria. Soc.colum.xxxv.in xxxiii.caſu.Feder.de Senis in conſi. cclxii.Bald.in auth.atqui ſemel,colum.ii.C.de probat. in l.fin.in ii.lect.de petit.hæred.Alex.in conſi.xcii. col. pen.vol.v. Oldendorp.in libel.iur.& æquitatis in thomo.ii.fol.lxxv.Card.in d.clem.ii.de teſt. Aret. in l.ii.ff. de duob.reis.Lanfranc.in d.c.quoniam contra,in §.Teſtium depoſitiones col.xi.Corn.in conſi.clxxxv.col.fin. vol.iii.Soc.in regula cccciii.in x.fall.& fallen. xlviii. & ſeq.Hipp.in l.i.§.ſi quis vltro.col.x.de quæſtio.Alex.in conſi.cxxxv. vol.vi.col.ii.vbi plus addit, hoc fieri poſſe per iudicem,etiam poſtquàm pars hoc petiit, licèt non teneatur facere ad ſuam inſtantiam, poteſt tamen facere hoc ex ſuo officio,etiam poſtquàm pars hoc petiit, & idem voluit Paul.de Caſt.in conſi.ccxlvi.in i. parte incip.In caſu de quo quæritur. Quinnimo Specu.in titu. de teſte.§.ſatis vtiliter,verſi.quid ergo ſi ego peto,tenet quòd de cõſuetudine iudex iſtud faciat,& facere debeat etiam ad partis inſtantiam, & teſtis addat rationem ſui dicti.& iſtam limit.etiam tenet Hippol.in conſi.xxxix. col.iii.& in conſi.xliii.colum.v.& in conſi.lx.colũ.iii. & in conſi.lxxiii.colum.ii.Et facit,nam iudex vbi videt dicta teſtium obſcura, poteſt teſtes iterum interrogare pro declaratione eorum,quæ obſcurè depoſuerunt.Angel. & Imol. in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de verb.oblig.per Bart.in l.ii.§.creditum,in fi.ff.ſi cer.pet. etiam inſtante parte,vt per Hipp.in d.l.i.§. ſi quis vltrò colũ. xiiii.ff. de quæſt. Quando dicantur obſcurè depoſuiſſe.Fel.in c.cùm clamor,col.fi.de teſtib.

Vigeſimoſeptimò fallit, vbi articulus eſſet ita cõfusè poſitus,quòd aduerſarius ex eo plenè inſtrui aut plenè informari non potuiſſet,ita tenet glo.in cap.iurauit, in vna ſol.& ibi Abb.circa fi.vbi etiam Felin.de probatio.

Innoc.

Innoc.in c.ex tenore,de teſti.& ibi ſequitur Anto.But. Abb.Imol.& Fel.poſt glo.in c.ſi teſtes,in §. ſi. vbi etiam Dominic.iiii.q.iii.Ant.de Butr.in c.ſeries,in vlt. colũ. de teſti.& ibi Feli.in ſi.& Ant.in d.c. fraternitatis, colũ. xxvi.& ibi Imol.colum.pen.& Marian.colum. xxxv.in xxxiiii.caſu de teſti.Io.And.in addit.Spec.in tit. de teſte.§.ſæpe in i. col in verbo de falſitate, quem refert & ſequitur Ant.de Butr.in d.cap.ex tenore,in vlt.colum. verſi.plus dicit.Apoſtil.ad Abb.in d.c.fraternitatis. colum.v.ver.Item publicatis.Petr.de Anch. in clemen.ii. colum.iiii.de teſt.declara,vt per Felin.in cap.ex tenore, colum.ii.de teſti.

Vigeſimooctauò fallit,vbi teſtes eſſent examinati ad perpetuam rei memoriam:quia eorum publicatio, non obſtat quo minus teſtes in iudicio ordinario examinari vel repeti poſſunt.gloſ.in auth. ſed & ſi quis.C. de teſt. Specu.in tit.de teſti.§.ſatis vtiliter,in xvii. fall. Ant. de Butr.& ibi etiam Abb.in xvi.fall.& ibi Marian. colum. xxxv.in xxxvi.caſu,vbi etiam Imol.colum.fin.in d.cap. fraternitatis, Soc.in regula cccciii.in xxxiii. fall. Bald. in l.ſi quis teſtibus.C.de teſti.in ſi. colum.ii.& ibi etiam Salic.hoc idem voluit, dicentes quòd licet poſt publicationem teſtes examinare, quando examinantur ad illũ effectum,vt quia primò examinati ſunt ad præparationem litis, nunc verò ad deciſionem cauſæ, & allegant cap.veniens el ii.de teſti.& idẽ voluit Nico. de Mathar. in d. authen.ſed & ſi quis. Oldendorp. in libell. iuris & æquitatis thomo ii. fol. lxxvi. Contrarium ſumitur ex mente Spec. in titu. de teſte.§.nunc tractemus, verſi. aliàs,& hoc etiam ſummitur ex mente Abb.Imol. Aret. & Felin.in c.ſignificauit,de teſt. dum reſpondent ad doctrinam Specu.in loco præallegato. & contrariam etiã opinionem tenuit clarius Bald.& Sali.in d.auth.ſed & ſi quis.C.de teſti.& ibi etiam Paul.de Caſt. & iſtam opinionem dicit veriorem Aret.in d.c.fraternitatis, col.xi. ſed Aret.ibid.in vii.colum.notabiliter diſtinguit, concordãdo opiniones,quæ diſtinctio ſummitur ex not.per

Doct.in dicta auch.ſed etſi quis.

Vigeſimononò fallit, vbi poſt publicatas atteſtationes quis vellet probare contrarium per euidentiam facti iunctis teſtibus,ita dicebat Vinc.in c.cauſam matrimonii,de probat.Bald.in l.ſi quis teſtibus. C. de teſt. in fi.q.vbi allegat Spec.in titu.de probát.in §. videndum, verſi. hoc quoque. ſed Specu.hoc non dicit,idem tenet Salic.in d.l.ſi quis teſtibus.colum.pen.in fi. Idem tenet Marian. in d.c.fraternitatis,col.xxxv.in xxxvii. caſu,& ibi etiam hoc tenet Fel. colũ.vii.Rom.in l. ſi verò.§.de viro,in xxxi.fall.ff.ſol.matr.Petr.de Anch.in c.cauſam, de teſt. Apoſtill. ad Abb.in d c. fraternitatis, Flor.in l. qui ſeruum.ff.de interrog.actio.in fi.princ.Soc. in regula cccciii.in xix. fall Hippoly.in rub.de probat. colum. xxxiiii.Caſſan.in conſuet.fol.lxxii.col.iiii.Tiraquel. de retract.fol.clxxi.Gram.conſi.ciu.xliiii.colũ.i. Sed Abb. declarat qualiter hoc intelligatur in c.cauſam matrimonii,in ii.colum.in glo.in verbo matrimoniali, de proba. ſequitur Aret.in d.c.fraternitatis,colũ. xx. de teſti. vbi etiam Feli.col.vi.

Trigeſimò fallit,vbi teſtes examinati & publicati depoſuiſſent de peritia artis, quia non obſtante publicatione, alii teſtes peritiores in contrarium examinari poſſunt, quia ſunt magis iudices, quàm teſtes. Bald. in cap.propoſuiſti,in fi.de probat. & ibi clarius Dec. colũ. vi.& etiam Barbat.& Fel.col.pen.Ioan. de Ana. in cap. ſignificaſti, colũ.x. de homic.idem tenent Bald.Abb. & Imol vbi etiam Aret.colũ.i.in cap. cauſam matrimonii, de probat.Fel.in d.c.fraternitatis,colũ.vi. & ibi Marian. col.xxxv.& ſeq.in xxxiiii.caſu. Corn.in conſi.xxvii.colum.iiii.volu.iii.Lanfran.in d.cap.quoniam contra, colum.xiiii in §. teſtium depoſitiones. Appoſtil. ad Abb. in d.c.fraternitatis,Soc.in regula ccccııi.in xxxvii.fall. Hippoly.in l.i.§.ſi quis vltrò,in x.col.ff.de quęſtio.& in ſing.ſuo lxvi.Fel.in c.cauſam, colum.i.in fin. de probat. Affict.ſuper conſti.fol.liii.col.iiii.

Trigeſimoprimò fallit, vbi poſt publicationem produceretur

duceretur inſtrumentum,& cum inſtrumēto teſtes,quia tunc teſtes admittuutur etiam facta publicatione, vt eſt tex.ſecundum vnam lect.in c.ſeries,de teſtib.& ibi not. Ant.de Butr.Imol.& Aret.col.antepen.& Fel. & Rom. in rub.ff.de arbitr.colum.xiii.Maria.in d.cap. fraternitatis,col.xxxvi.in xli.caſu.Feli.ibi col.vi. & idē in c.ii. colum.antep.in vii.intellectu.iii.concluſ. de probatio. Lanfranc.in d.cap.quoniam contra.§.teſtium, col. xiiii. Alexand.in conſi.xlvi. colum.fi.volu.vi.& in l.certi conditio.§.quoniam.ff.ſi cert.peta.& in conſi.ccxiii. col. fi. volu.ii.Ant.de Butr. & ibi Aret. col.i.in verſi.iii. loco, de probat. Appoſtil.ad Abb.in d.cap.fraternitatis. Appoſtil.ad deciſ.Tholoſ. ccclxxiii. Soc. in regula ccccciii. in x.fall.Rom.in ſing.lxxxi.Aymo.in conſi.lxv. col.i.& dicit Bald.in d.l.ampliorem,in fin. quòd ad comprobationem inſtrumenti,& notarius & teſtes examinari poterunt non obſtante publicatione. Appoſtil. ad Abb. in d.c.fraternitatis,& appoſtil.ad Bart.in d.auth.atqui ſemel. Afflict. ſuper conſt.fol.cclv.col.iiii. Declara duobus modis,vt per Pariſ.conſi.cxxii col.fin.volu.i. Idem ſi tantùm inſtrumenta ſine teſtibus producentur, Milleus in pract.criminali fol.xlix.col.i.

Trigeſimoſecundò fallit quando tertius admitteretur ad cauſam pro intereſſe ſuo, quia etiam poſt publicatas atteſtationes inter partes principales poteſt tertius teſtis examinari, ita videtur velle tex.in cap. conſtitutis in præſentia,& ibi not.Abb.de teſt.Specu.in tit. de teſti.§.ſatis vtiliter,colum.i.verſi. quid ſi à ſentētia. Maria.in d.c.fraternitatis, col.xxxv.in xliiii. caſu.Feli. ibi col.vi.Caſſanæ.in conſuet.fol.ccxxii.col.iii.Felin.in cap.veniens,el ii col.vii.de teſt.& in c.qualiter & quando,col.vi.de accuſ. Oldendorp.in libel.iur. & æquitatis t homo ii.fol.lxxv.Afflict. ſuper conſt.fol. cclvi. colū.i. Imol.in c.cum ſuper, colum. antep. de re iud. Idem tenet,quando ignoraſſet cauſam agi,ſecus ſi ſciuiſſet. Idē Pariſ. dicit diſtinguendo inter ſcientem & ignorantem in conſi.cvii.col.fina.volu.i. & in conſi.cv.col.iii.volu.i.

Anto.de Butr. ibi diſtinguebat. Sed eius diſtinctionem impugnat Imol.in caſu præalleg. Innoc.verò in d. cap. cum ſuper,de re iud.tenebat contrarium,& Bald.in authen.nunc ſi ſecus.col.i.in princ.C.de litig.Angel.in l. ſi ſuſpecta,in i.colum.in fi.ff.de innoffi.teſta.qui tamen primam opinionem tenuit. Bart. in l. ſi perluſorio.§. i. ver. Secundò videndum.ff.de appel. Abb.in cap.veniẽs, el ii.colum.iii.de teſti.& Felin.colum.iii. Bald. in d.l.ſi ſuſpecta.Imol.in l.ſi ab exequutore,col. vii.in §. fin. de appell.& in cle.cõſtitutionem,colum.vii.de electio. vbi dicit præiudicare terminum peremptorium ſecundo, ſi ſciuit cauſam agi, & non alias, & idem videtur ſentire colum.xxi.in eadem clem. Poſſent fortaſſe concordari opiniones,quòd aut tertius comparet & aſsiſtit liti, & tunc non poſsit publicatis atteſtationibus teſtes examinare,ſicut nec principalis poterat, & procedat prima opinio. Aut principaliter comparet pro ſuo intereſſe, & litem non proſequitur principaliter,& tunc non obſtante publicatione per alterum obtenta,quaſi res inter alios acta ſibi nõ obeſt.& iſta diſtinctio ſummitur ex no. per Ang.in l.ab exequutore.§.fi col.ii.ff.de appel.publicatio tamen obtenta per tertium non excludit principalem.Felin.in c.conſtitutis,de teſt.

Trigeſimotertiò fallit in cauſa criminali in qua teſtes recipiuntur,etiam publicatis atteſtationibus.Bar. in l.i.§.fi.ff.de quęſt.in l.diui fratres.ff.de pœn.in l.reus. §.vnius.ff.de quæſt.Abb.in c.ſuborta,de re iud.col.fi.in d.cap.fraternitatis in xv.fall.de teſtib.vbi etiam Maria. colum.xxxvi.in xlv.caſu.Imol.in clem.ii.colum.pen.de teſt.Guid.Papæ ſing.cccxv. Bouer. in ſing. in verbo teſtis,ſing.xlvii.Soc. in regula cccciii.in vi. fall. Sed iſta limitatio poteſt intelligi duobus modis, vel in accuſatione,vel in inquiſitione quantum ad accuſationẽ,quia duæ poſſunt fieri conclusiones ex mente Bar. in l.ii.§.ſi publico,in verſi.Vlterius.ff.de adult.Prima eſt,ꝙ in cauſa criminali poſt publicatas atteſtationes non poteſt fieri examinatio teſtium ad partis inſtantiam, ſed tantũ

iudicis officio, etiam ad defenſam accuſati vel ad eius innocentiam probandam & ita etiam declarat Bart. in d.auth. Atqui ſemel,col.fi.& Bal.col.i.in ii.fall.Ang.in l.ſi vacantia,in repet.circa medium.C.de bon.vac.Ioan. And.in regula nullus pluribus de reg.iur. in vi. in mercurialibus circa fi.Imol.in c.cum clamor,de teſt. Bal.in l.ea quidē col.ix.in fi.de accuſ.& hæc opinio eſt ✱ cõmunis,ſecundum Aret.in d. cap. fraternitatis. ſed Anto.in d.c.col.xii.tenet,ꝙ ad defenſam etiam inſtãte parte teſtes examinari poſſunt,& idem in c.ſed clamor,colum.ii.de teſt.vbi etiam Feli.col.pen. Secunda concluſio elicitur ex dictis Bart. in d.§. ſi publ. ꝙ ad offenſam teſtes poterunt examinari, etiam publicatis atteſtationibus ex officio. Idem Bal in l.quædam,in fi. princ.ff.de eden.Soc.in conſi.cclxxiii.colum.pen.vol.iii. Maria. in d.c.fraternitatis,col.xxxv.in xxxiii.caſu. Feli.in c.cum clamor,colū.pen. de teſt.Ang.in tract. malefi. in verbo comparent dicti inquiſiti & negauerunt totum, circa fi.nu. xix. & in verbo Qui iudex dictū proceſſum publicauit. Afflict.ſuper conſt.fol.liii.col.ii.

Contrarium ſentit Abb.in d.c.ſuborta,de re iud.Bal. in l.presbyteri,in i.col in fi.C.de epiſ.& cler. Hoſtiē. & Anto.de Butr.in d.c.cùm clamor. Salic.in l. fin. in vlt. col.C.de quæſtio.Areti in d.c.fraternitatis, col.xii. licèt in c.cùm clamor,col.ii.nihil firmet. Hippoly. in l.i. §.fi.col.ii.ff.de quæſtio.& Feli.videtur hoc tenere in fi. col.in d.c.cùm clamor.Aluarot.in c.i.§. Item vaſallus, col.i.de contro.inueſt.Hippoly.in pract.§.ſequens quæſtio.col.i. In inquiſitione verò eſt diſtinguendum:quia, aut aliquis promotor litis aſsiſtit qui litem proſequitur,& iſto caſu dicēdum eſt,prout ſupradictum eſt, ſtante accuſatione in præcedenti concluſione Bart. in d. auth.atqui ſemel col. fina. C. de probat. Anto. & Ioan. And.in c. qualiter & quando,de accuſ.Bal.in l. ea quidem,col.iv. eod.tit.Specu.in tit.de inquiſit.§.Viſo, ver. Sed nunquid publicatis.Feder. de Senis in conſi. cclxii. Soc.in regula cccciii.in vii. fall. Si verò nullus promo-

tor litis vel pars illa litem proſequitur, tunc proculdubio iudex poteſt teſtes, etiã poſt publicatas atteſtationes examinare, vt not. in d.c. cum clamor, per Abb. Aret. & Feli. col. ii. Ioan. And. & Anto. de But. in d.c. qualiter & quando. Bart. in d. authen. atqui ſemel, col. fin. in iii. fall. C. de probat. vbi Ang. col. ii. & etiã Salic. in ii. col. verſi. Item fallit. Feder. de Senis in conſi. cclxii. Ioan. Andr. in c. vt officium, de hæret. in vi. Archidia. in c. ſuper hoc, in fi. eod. tit. Bald. in l. eos. §. ſi quid autem, in fi. C. de appel. Imol. & Petr. de Anchar. in clem. ii. de teſti. col. iii. Aluar. in c. i. §. Item vaſallus, de controuer. inueſt. Soc. in regula cccciii. in 50. fall. Et propterea dicitur, ꝙ in cauſa hæreſis publicatis teſtibus licet alios examinare. Archid. in d.c. per hoc. in fi. & Ioan. And. & Domi. in c. vt officium, eo. titu. Soc. in regula cccciii. in xi. fall. Aluarot. in d.c. i. §. Item vaſallus. Fel. in d.c. fraternitatis, col. vii. & ex iſta limitatione & proximè dictis ſequitur alia limitatio, quæ talis eſt.

Trigeſimoquartò fallit, nam iudex poteſt ex officio teſtes examinare, etiam poſt publicatas atteſtationes, vt not. in c. cùm clamor, de teſt. glo. in c. per tuas, eodem & ibi Feli. colum. iii. in fi. Feder. de Senis in conſi. cclxii. Ioan. And. in c. vt officium, de hæret. in vi. Archid. in c. per hoc, in fi. eo. tit. Maria. in d.c. fraternitatis, colum. xxxviii. in xxxvii. caſu de teſt. Guid Papæ q. lxxii. Soc. in regula cccciii. in xliiii. fall. An autem hoc teneatur facere ad inſtantiam partis vel tantum ex officio, dic vt in fall. xxvi. ſuprà dictũ eſt, vide Soc. in regula cccciii. in xlviii. & ſeq. fall. Et maximè hoc debet facere in beneficialibus, & pręcipue curatis, in quibus etiam partibus, contradicentibus & inuitis poteſt teſtes recipere propter periculum animarum. Ioan. And. Hoſt. Ant. de But. & Fel. in c. ad petitionem, de accuſ. Maria. in d.c. fraternitatis, col. xxxvi. in xlvii caſu. Ioan. And. in c. cum inter, de conſuet. nam in beneficialibus iudex ſupplet ex officio. c. cum nobis olim, el i. & ibi glo. in verbo ex officio, de elect. in c. oblatæ, de appel. vide Guid. Papæ qui

declarat

declarat in ſua quæſtio.xxiiii.

Trigeſimnquintò fallit in Papa, qui poteſt etiam publicatis atteſtationibus teſtes examinare: & ita voluit Hoſt. Ioan.And.Anto.de Butr.& Fel.in c. ad petitionē, de accuſ.& ponit Maria.in d.c.fraternitatis, col. xxxvi. in xlvi.caſu. qui plus addit, idem eſſe in quolibet alio non recognoſcente ſuperiorem, vt ibi per eum. Sed iſta limitatio eſt indubitabilis, quia ſi iudex quilibet inferior hoc poteſt, vt ſuprà dictum eſt in præcedenti limitatione, cur non hoc poterit & Papa & quilibet alius princeps? & hoc etiam conſiderant Docto.in locis proximè alleg.

Trigeſimoſextò fallit, vbi pars petens publicationē fuiſſet proteſtata, quòd intendebat etiam poſt teſtes examinare, ita tenet glo.fi.in c.cum in tua, de teſtib. vt ibi Ioan.And.& in c.ſi teſtes.§.fin.iiii.q.iii. Sed ſecundum Anto.de Butr.in d.c.fraternitatis, hoc procedit, quando altera pars non contradixiſſet, aliàs ſecus, & ita Abb.ibi in d.c.cum in tua, & Aret.col.v.Ioan. & poſt eum Abb. in ii.col.in c.ex tenore, de teſti.per Maria.in d.c.fraternitatis, col.xxxvi.in xlviii.caſu, & in xxiiii. col. in fin. Lanfranc.in d.c.quoniam contra.§ teſtium, colū.xii. in fi.& ſeq. Iſta limit.poſſet eſſe vera, tenendo quòd publicatio abſque eo quòd didicita ſint teſtificata impediat productionem teſtium, nam illud non procederet, vbi tempore publicationis pars eſſet proteſtata, quòd remaneret ſibi ſaluum ius producendi teſtes.

Trigeſimoſeptimò fallit, ſi conſuetudo loci hoc admitteret, ꝙ etiam ſtante publicatione teſtes poſſent examinari, quia valet talis conſuetudo, ita voluit Anto. de Butr.& Imol.in cap.ſeries, de teſt. Ioan. And. in addit. Specu.in titu.de excep.§.dicto.col.v. ver. ſed nunquid. licèt hoc non dicat ibi Ioan.And.ſecundum Abb. in d. c.ſeries, vbi tamen ipſe in fi.tenet illam opinionem. Roman.in ſing.cclxxiiii.Maria.in d.c. fraternitatis, colū. xxxvii. in ſi. caſu. Soc. in regula cccciii. in xii fallen. Appoſtil.ad Abbatem in d.c.fraternitatis, col. v. verſi.

Item publicatis, & Bald. in d.l.per hanc. C. de tempo. appel. Contrarium,glo.in c.per tuas,in glo.fi.de teſt.& ibi Felin.col.fi.& in d.c.fraternitatis,col.vii.

Trigeſimooctauò fallit ſecundum cautelam Bal.in l. ampliorem,in fi.princ.C.de tempo.appell.quando pars nomina teſtium daret iudici, & poſteà ſe abſentaret, quia teſtes põt iudex euocatos ad ſe examinare.quod dictũ Bal.refert & ſequitur Rom.in conſi.cccclxxix. & in repet.rub.de arbit.colum.xi. verſicu. Item habeas, vbi etiam iſtud dictum reſtringit.Barba. in cap. ad petitionem,in iiii.colum.in verſi.vlt.not. de accuſ. Alexan. in l.iiii.§.hoc autem iudicium.colum.iii.de damn. infect. Cæpol.in caut.clxviii.Alexand.in conſi.ccxxxiiii.volu. vi. Lanfranc.in d.cap, quoniam contra.§. Teſtium col. xiii.Soc.in regula ccccii.in vlt. fall. Hippoly. in l.i.§.ſi quis vltrò,colum.iii.ff.de quæſt. & in conſi. xxxix. nume.xiiii.vol.i.in conſi.ccccii.nu.xxvii.& in conſi.lx.nume.xix.& in conſi.lxxiii.nu.xxii.& ſeq.Socin. in regula ccccii.xxix.fall.Iaſ.in l.vbi pactum,col.v.C.de tranſac. Hippoly.in practica.§.Frequens,colum.v. & in rub. de probat.col.xiiii. Declara,vt per Aymo.in cõſi.cxxxiiii. colum.i. & ſequen. Ruin.conſi. xxx.colum.i.volu. iiii. Contrarium, Rom.in dicta l.iiii.§. hoc autem iudiciũ, in ii.colum.Felin. in dicto cap. fraternitatis, colum. vi. Marian.colum.xxxvii.in liii. fall. Appoſtil.ad Abbatẽ in d.cap.fraternitatis,Afflict.ſuper conſtit. fol.liii.col. ii.& ſequen.

Trigeſimononò fallit, vbi teſtes examinati depoſuerunt ſe nihil ſcire,quia etiam poſt eorum publicationẽ alii teſtes ſuper eiſdẽ articulis poterunt examinari, vt not.Iacob.de Beluiſ.per illum tex.in c.i.§.i.quid ſit inueſt.in vſib.feud.& ibi ſequitur Rayn. Nicol. de Neap. Mart.de Laud.Aluarot.& Card.Alex.& Soc.ponit regula ccccii.in ii.limit.Cõtrariũ tenet ibi Bal.Io. Andr. & Ant.de But.in d.c.fraternitatis,vbi ẽt Aret.col.iiii.& Fel.col.v.Apoſtil.ad Bar.in d.auth.atqui ſemel,ĩ verbo dubitatur,& idẽ colligitur ex dictis Bal.in d.c. fraternitatis,

tatis,in pen.col.ver.Breuiter.& ex dictis Bart. in auth. atqui ſemel,in iiii.col.in verſi.quæro vtrū teſtis poſsit. Alex.in l.veluti.§.hæc vox.ff.de edend.

Quadrageſimò fallit,vbi licèt dati eſſent articuli,tamen deſuper nulli eſſent teſtes producti,quia tūc ēt publicatis teſtibus ſuper eiſdē articulis poſsūt examinari: d.gl.in c.cām,el ii. in gl.i.de teſtib.& ibi Laurēt.Tancredus,Hoſt.& Abb.in d.c.fraternitatis,colū.v. in vlt. fall. poſt Ant.de Butr.ibi Bal.in d.auth. atqui ſemel,colū.ii. Corn.in conſi.xxvii.col.iiii.ver.iii.vbi adducit bonas rationes,& Soc.in d.regula cccciii.in ii fall. Alex. in cōſi. lxxxiii.col.ii.vol.iiii.Fel.in c.cum veniſſent, col. fin.de teſt.Soc.in regula cccciii.in xxxiiii.fall.

Quadrageſimoprimò fallit, nam ſi teſtis examinatus ſuper negocio principali deponat ſe nihil ſcire,pōt etiā poſt publicationem examinari ſuper publica voce & fama.Io.And.in addit.Spec.in tit.de teſtib.§. nūc vidēdū, in vlt.addit.Fel.in d.c.fraternitatis,col.v.in fi. & ſequē. Aret.in c.cauſam,col.iiii.de teſt.& in d. c. fraternitatis, col.pe.& ſeq.& ibi Imol.col.itē pen.Nec mirū, quia videntur ſuper diuerſis deponere. pro quo facit, nam teſtes qui depoſuerunt ſuper aliquo acceſſorio, non prohibentur etiam poſt publicationē deponere ſuper principali. Aret. in cap.de teſti.colum.iii. de teſt. quod declara,vt per Alexan.in conſi.vi.colum.iii.volu.ii.quando teſtis ſimpliciter iuraſſet dicere veritatem ſuper articulis & tota cauſa, quia tunc ſuper eo quod eſt articulatum nullo modo poſſunt amplius examinari. Ang. in conſil.clv.colum.i. Hippoly.in ſing.DCXXIII.Fuit dictum Imol. & Anto.de Butr. in dicto cap. fraternitatis. Corn. in conſi. xxvii. colum.penult.volu.iii. Intellige tamen & declara ſecundo loco præceddntem principalem concluſionem & limitationem, vt per Aret. in d. cap.de teſt.col.iiii.

Quadrageſimoſecundò fallit, vbi reus non fuit admiſſus ad ſuā intentionē probandā, vel ex cōſenſu partium, vel ex iuris diſpoſitione, niſi poſtquàm actor

plenè

plenè probaſſet ſuam Intentionem,quia tūc dato, quòd teſtes actoris eſſent publicati,adhuc reus poſſet probare ſuam intentionem per teſtes.Bal.in c.i.§. Item ſi vaſallus,de controu.inueſt.refert & ſequitur Soc.in d.regula cccciii.in iii.limit.per l.officium.ff. de rei vendic. ſed limitatio probatur per illam legem, quam quidem limitationem ego non credo veram, ſi didicita eſſent teſtificata per eum.

Quadrageſimotertiò fallit, vbi quis vellet impugnare dicta & perſonas teſtium ſimul,quia illud facere poſſet publicatis atteſtationibus,vt not. Bar.poſt Nicol.de Matth.in d.auth.atqui ſemel,colum.pen.& ibi Paul. de Caſt.col.ii.Signorol.Homod.in conſi.ccxli.in fi. Aret.in c.licèt dilectus filius,col.iiii.de teſt.Pet.de Anch.in cle. ii.col.iii.eod.tit.Imol.in d.c.fraternitatis,col.pen.Lanfran.in d.c.quoniam contra.§.Teſtium,col.xiiii.Soc.in regula cccciii.in xiiii.fallen. Sed iſta limitatio videtur mihi eſſe eadem limit. cum limitatione ſuperius poſita in x.limitatione.

Quadrageſimoquartò limita , quando quis legiſſet atteſtationes perfunctoriè,non diligenter & plenè,quia tunc non obſtante publicatione, quia credendum eſt ꝙ non potuerit perfectè diſcere teſtificata, admittitur ad teſtium examen. Bart. in d.auth.atqui ſemel,col. antepen. verſi. Venio ad quartam, vbi etiam Paul. de Caſt. colum.ii.ibi in text. atteſtationes. Sali.in fin. colum.in ix.quæſt. Ang.in §.quia verò,in auth.de teſtib.Lanfrā. in d.c.quoniam contra.in §.Teſtium.colum.x. Marian. in d c.fraternitatis,col.xiii.& ibi Imol.colum.fi.Soc. in regula cccciii.in xiii. fall. Domin.in c. cùm perſonæ,in fi.princ. de priuileg.in vi. Innoc. Ant.de Butr. & Hoſt. in c.vltra tertiam,col.i.& ſeq.de teſt. & in procem. Decretal.in v.col.Ripa col.i.in prin.in c.ſi quando, de reſcrip. Et idem eſt ſi audiuiſſet ab ipſis teſtibus quid depoſuerint , vel non legerint totas depoſitiones , vt per Bart.in d.auth.atqui ſemel,col. antepen. in ver. Venio ad quartam.& ibi Bald.col.pen.& Paul.de Caſt. ibi col.

ii Bal.

ii.Bal.col.fi.in q.iiii.& præcedenti.Bart.in §.quia verò, in auth.de teſt.Bal.in l.in ciuile.ff.de leg.Fel.in d.c.fraternitatis,col.viii.Marian.col.xiii.& ſeq.Rom. in ſing. DCCCII.Feli.in c.vltra tertiam,colum.i.& ſequē.de teſti. Immo etiam ſi inſtruxerit teſtes,& ſic habuerit intentionem teſtium,adhuc poteſt examinari. Bal.in l. fi. in iii.col.ff.de fer. Apoſtil.ad Bal.in l.per hāc.C.de temp. appel.& idem Bal.in d.auth.atqui ſemel,col.pen. & idē quādo teſtificata didiciſſet in exemplo, vt per Bal. in l. fi.ff.quemadm.teſt.aper.& Ang.ibid.in l. præcedenti & Imol.qui limitat,niſi exemplum eſſet de manu eiuſdem notarii. Soc.in regula ccccii.in xxiiii.limit.& ſequitur Apoſtil.ad Bal.in d.l.per hanc.licèt contrarium teneat Maria.in d.c.fraternitatis, colum. xiii. Sed mihi videtur,quòd iſta non ſit limitatio principalis,ſed illatio limitationis. Secundò per ſupradicta, quòd ſola publicatio non excludit,niſi didicita ſint teſtificata, ex quo ſequitur quòd qui non legit totas atteſtationes,vel qui non plenè legit, non dicitur eſſe excluſus à facultate producendi teſtes,quia non poteſt dici plenè & perfectè didiciſſe teſtificata. Item qui audiuit à teſtibus, vel qui legit atteſtationes in exemplo,non dicitur perfectè didiciſſe teſtificata,quia ſępe teſtes partibus mentiuntur,vt conſiderant Doctores in iſto caſu. Item ſæpe exēplum diſcordat ab originali,& propterea non facit fidē, ſecus ſi ſit ſcriptum manu eiuſdem,quia tunc fidem facit,quaſi cenſeatur concordare cum originali,vt not.in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.

Quadrageſimoquintò fallit,vbi teſtes examinati fuiſſent excommunicati, quia etiam poſt publicationē admitti poſſunt,non obſtante publicatione.Innoc. in cap. auditis,in fi.de teſti.in integ. Rom. in rub. de arb. col. xiii.ver.Item fallit.Soc.in regula cccciii. in xv. fallen. Card.in clem.ii.in i.oppoſi.de teſt.appoſt.ad Bald.in l. per hanc.C.de temp.appel. Bonif. de Vitell. in clem. ii. col.fi.de teſt. Afflict. ſuper conſti.fol. cclvi. colū.ii. ſed iſtam limit.puto eſſe illationem primę, ſecundæ & tertiæ

tiæ limitationis,nam teſtes vbi ſunt examinati & nullā fidem faciunt,proculdubio etiam ſi eſſent publicati, nō impeditur aliorū productio & examinatio, & idem intelligitur ex xix.xx.& xxi.fallen.

Quadrageſimoſextò fallit,vbi in effectu poſt publicatas atteſtationes quis intenderet idem probare,ſed per alium modum probandi,quia variatur modus probandi & ſi idem concludatur in effectu,& ſic licet poſt publicatas atteſtationes teſtes examinare: ita tenet Anto. de Butr.& fuit de mente Hoſt.ibi in c.atteſtationes,de deſpon.imp.ſequitur Socin.in regula cccciii.in xx. fall. & fuit de mente glo.ibi in verbo per teſtes.ſequitur apoſtil.ad Abb.in d.c.fraternitatis, Bouer. in verbo Teſtis, ſing.lxxxiii. Contrarium videtur tenere ibi Hoſtien.& Card.Alex.apertè in d.c.atteſtationes,Fel.in d.c.fraternitatis,in vii.col.& fuit de mente Abbatis dum recedit ab illa ſolutione glo.& aliam ponit.

Quadrageſimoſeptimò fallit, vbi is qui habuit publicationem fuiſſet oblitus teſtificatorum, vt voluit Ang. in §.quia verò,in i.oppoſ.in ver.Ex hac tamen, in auth. de teſti.Soc.in regula cccciii.in xxi.fallen.A popſtil.ad Bal.in l.per hanc.C.de tempo.appella.

Quadrageſimooctauò limita, vbi teſtes examinati & publicati aliquid depoſuiſſent ſuper articulis non productis,vel ſuper eo quod non eſt in articulis deductum, vt not.Innoc.& Bald.in d.c.fraternitatis,vbi etiam Feli. col.vi.in duabus limit.& idem Innoc. in c. ex tenore, de teſti.vbi etiā Ant.de Butr.& Abb.in iii.col. & ibi Imol. & Feli.& Card.in clem.ii.de teſti.Bart.in d.auth.atqui ſemel in fi.col.in ver.Ex prædictis apparet. Io. And. in addit.Specu.in tit.de teſt.§. Iam de interrogatoriis, in verſi. fuit autem generaliter, de teſt.per Socin.in regula cccciii.in xxvi.fall.Fel.in c.de teſti. col.i.de teſt.Afflict. ſuper conſt.fol.cclvi.col.iiii.

Quadrageſimononò fallit,vbi teſtes primò examinati & publicati depoſuerunt ſuper valore, nam poſſunt alii examinari, etiam publicatis atteſtationibus ſuper

maiori

maiori ſumma.gl. pen. in cap.cùm cauſa quæ inter œconomum,de teſt.& not.ibi Bald. Bart. in l.cum furti.ff.de in lit.iuran.& ibi Imol.Angel.Alexan.& Iaſo. & idem Bart. in l.fin.§.qui indiuiſam.ff.de leg. ii. & ibi Paul. de Caſt.& Raphael, & Specu. in titu.de teſt. §.poſtquam ver.quid ſi plures,& ponit iſtam limit. Socin. in regula cccciii.in xlii.fall.Alexan.in conſi.lxiiii.col.ii. volu.ii. Guid.Papæ q.cccclxxxv.

Quinquageſimò fallit quò ad probandā peremptoriā exceptionē,vt not.Spec.in tit.de excep.§.dicto,ver. ſed nūquid atteſtationibus,& in tit. de teſt.§. ſatis vtiliter, in xxi.caſu.Bart.Bal.& Salic.in l.peremptorias.C.ſent. reſc.nō poſ.Sed in veritate,iſta non eſt limitatio, attēto ꝙ ſcđm doctorū declarationē ideo admittitur talis exceptio,quia teſtes recipiūtur ſuper diuerſis, & non ſuper eiſdem capitulis,quod non eſt contra regulam.

Quinquageſimoprimò fallit, vbi plures teſtes ſunt producti,& quidam tantū examinati,quia ēt publicatis atteſtationibus & didicitis teſtificatis, tam illi qui non ſunt examinati,quàm alii poſſunt examinari publicatione non obſtante ſuper eiſdem capitulis, ita declarat notabiliter Maria.in d.c.fraternitatis,colum.ix.in fi.& ſeq.de teſtibus.

Quinquageſimoſecūdò fallit,vbi teſtes ſunt, examinati ſuper negotio principali, & incidēter depoſuerunt ſuper publica voce & fama.Nā ēt publicatis atteſtationibus poſſunt examinari teſtes ſuper publica voce & fama,ſuper qua incidēter teſtes depoſuerunt. Aret.in d.c. fraternitatis,col.fina.de teſt.licèt non plenè firmet.Sed illud clare firmat Angel.in l.per hanc,colum.fina. C.de temp. appell.

Quinquageſimotertiò fallit,vbi teſtes eſſentexaminati ſuper petitione,& nō ſuper articulis, quia nō obſtāte publicatione poſſunt examinari alii ſuper contrario,ita tenuit Cardin.in c.cū Ioā.& ibi Fel.xi.col.in ver. in gl. in verſi.pendebat,de fide inſtr.Corn.in conſi.xxvii.col. pen.vol.iii.vide Imol.in d.c. fraternitatis col.pen.

Quinqua-

Quinquageſimoquartò fallit, vbi teſtes eſſent de nouo reperti,quia poſſunt non obſtante publicatione examinari.Hipp.in l.i.§.ſi quis vltrò,colum.v. ff. de quæſt. Iſta limitatio non eſt vera iudicio meo, quia non prouidet aduerſus timorem ſubornationis propter quem impeditur teſtium examen, & Doct. qui allegantur per Hippol.tantùm probant,quòd poſt concluſionem teſtes poſſunt examinari,ſi ſunt de nouo reperti, vnde iſta fallentia eſſet bona, tenendo quòd ſola publicatio abſque eo quòd didicita eſſent teſtificata, excluderet examen teſtium:quia tunc poſſet limitari, vt illa concluſio non procederet,quãdo teſtes eſſent de nouo reperti,propter illam concluſionem, ꝙ teſtes admittuntur etiam poſt cauſæ concluſionem,ſi ſint de nouo reperti, & ita videtur ſentire Abb.in d.c.fraternitatis, in v.col.

Quinquageſimoquintò fallit, vbi teſtes non ſunt examinati in figura iudicii,ſed tantùm de conſcientia,& nõ de veritate.Bald.in d.auth. ſed cum teſtator, colum.pe. Ant de Butr. in c.cùm olim, in i.col.de priuileg. Fel.in d.c.fraternitatis,colum. vi.de teſti.

Quinquageſimoſextò fallit, ſi publicatis atteſtationibus fiant articuli in quibus concludatur eadem intentio,aliquo addito, non tamen ad finem, vt ſuper prima intentione aliquid probetur,ita videtur eſſe text.in d.c. cùm cauſa,& ibi not.Imol.in vlt.not.& Feli.in princ. de teſti.& in d.c.fraternitatis,colum.vi. Afflict. ſuper conſtit.fol.cclvi.col.i.

Quinquageſimo ſeptimò fallit,vbi teſtes inducerentur ad præſumptionem,vel ad indicium tantùm,quia tales poſſunt examinari etiam publicatis atteſtationibus. Innoc.in d.c.cùm dilectus,de accuſ.Ang. in l.ſi. C. de teſti. Bar.in l.ii.col.ſi.ff.de appel.recip.Feli.in d.cap. fraternitatis,col. vii.

Quinquageſimo octauò fallit,nam ſecundum Ant.de Butr.in c.licet cauſam,colum.xiiii.de probatio,etiã publicatis atteſtationibus examinari poſſunt teſtes ſuper articulo partim antiquo & partim nouo.Sed vidè ꝑ Fel.

in d.

in d.c. fraternitatis,colũ.vii. & appoſtillatorem ibi. ad Abb.qui dicunt iſtud eſſe contra tex.in d. c. fraternitatis ibi,nouis duntaxat.

Quinquageſimononò fallit,vbi producẽs teſtes poſt didicit a eſſet adeò legalis pſona & non ſuſpecta,q̃ in eo videretur ceſſare timor ſubornationis teſtiũ, vel teſtes eſſent legaliſsimi.ita tenet Claudius in l.i.§.per procuratorem,col.ii.ff.de acquir.poſſ.& Iaſ.in conſi. clxx. colum.v.vol.ii.Marian. in d.c.fraternitatis,colum.pen. in liiii.caſu.Hipp.in l.i.§.ſi quis vltrò,colum.iiii.& ſeq.de quæſt.Feli.in c.cauſam quæ,in fi.de offi.deleg. & in c.ii. col.v.de probat.Hipp.in ſing. ccccl xxxviii. ponit aliud ſpeciale propter dignitatem perſonę ipſius teſtis. vide dicta per nos in i.ampliatione.vide Brun.in tract.de forma fol.lxxxi.col.i.in fi.& ſeq. vbi q̃ receditur à regulis iuris propter pręſtantiam perſonæ.

Sexageſimò limita, quando agitur de crimine hæreſis, tunc etiam non obſtante publicatione teſtes recipi poſſunt.Hipp.in pract.§.ſequens,colũ.i.Felin.in d.cap. fraternitatis,col.vii.

Sexageſimoprimò, quando quis vidiſſet teſtes caſu fortuito,non ad finem ſciendi dicta teſtium.Bal.in c.cõſtitutus el ii.de teſtib.Fel.in proœ.Decretal.col.v.

Sexageſimoſecũdò quando incœpiſſet legere dicta teſtium, quæ fuerunt poſteà per notarium erepta de manibus legentis.Bald. in l.inciuile.ff.de leg.& in authen. atqui ſemel,col.pen.C.de probat.Feli.in d.proœm.decretalium.in v.col.

Sexageſimotertiò limita, ſi teſtes depoſuerunt,quòd res valet centum, poſt publicationem poſſunt alii examinari,quòd valebat centum quinquaginta.Guid.Papę in ſingu.ccccclxv.

Sexageſimoquartò limita, quando non obſtat res iudicata,quia vbicunque non obſtat exceptio rei iudicatę, ibi poſſunt teſtes examinari, etiã publicatis atteſtationibus.Bouer.in ſing.in ver.Teſtis ſing.lxiii.

Sexageſimoquintò limita, vbi propter ineptã petitionem

tionem reus abſoluitur. Bouer. vbi ſupra.

Sexageſimoſextò limita, quia hæredi propter probabilē ignorantiam datur reſtitutio ex clauſula generali. Feli. in c. intimauit, col. ii. de teſtib.

Sexageſimoſeptimò limita, vt per Deciſio. Neapol. lxxxi. in nou.

Sexageſimooctauò limita: nam ſi factus ſit articulus ſuper infamia alicuius, & teſtes deſuper examinati, poſſunt non obſtante publicatione alii teſtes ſuper bona fama examinari. Afflict. ſuper conſti. fol. cclvi. colū. iiii. in fin. & ſeq.

Multa hic perversa.

Sexageſimononò limita, ſi teſtes examinati depoſuerunt de credulitate. Nam non obſtante publicatione poſſunt alii examinari de contraria credulitate. idem Afflict. ſuper cnnſti. fol. clvi. col. i.

Septuageſimò limita etiam ſi quis vellet probare cōtrarium poſt publicationem in caſu illo de quo per eūdem Affl. proximè citato loco.

CONCLVSIO
Et Regula. XL.

ARGVMENTVM.

Donationem vltra quingentos aureos abſque inſinuatione non valere.

DONATIO iure antiquiſsimo nō valebat vltra ducentos aureos ſine inſinuatione, de iure verò antiquo vltra trecentos, hodie vltra quingentos. l. ſancimus. in prin. C. de donat. §. perficiuntur, inſtitu. de donatio. l. pen. C. eo. in fi. Salic. in d. l. ſancimus in i. colum. Amplia, etiam ſi fiat donatio ab aſcendente in deſcendentem. l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter vir. & vxor. & l. data. C. de donatio. & ibi Bald. not.

& not.

& not.Angel.in d.l.donationes quas parentes,& voluit Paul.de Caſt.in conſi.xc.vol.ii.Aret.in conſi.ii.volu.ii. qui etiam reprehendit Bal.qui contrarium voluit in l.ſi non mortis.C.ad l.falcid. quem etiam reprehendit ibi Apoſtil.ad Bald.Idem etiam voluit Bal.in l. irritam.C. de vſucap. pro dona. in l.cum quis.ff. de condi.cau. dat. Declara, vt per Paul. de Caſt. in conſi. cccxlv. colum. pen.volu.i.Barb.in conſi.lxxx.colum.vi.volu. iii. Deci. hoc præſupponit in conſi.cccxxxix.colum.i.& ſeq.Hoc expreſsè ponit idem Deci.in conſi.ccccxxvi. in fi. Idem præſupponit in conſi.ccccxxxii. Idem ſi fiat alii coniuncto,vt in d.l.data.C.de donat.& ponit Beltrand.in conſil.xxx.col.i.vol.iii.& in conſi.lxxxix.col.ii.vol.iii.

Secundò amplia, etiam ſi donatio eſſet facta à Iudæo in Iudæum adhuc deficit ob non factam inſinuationem, ſi excedit legitimam ſummam.Paul.de Caſt. in d. conſi. xc. volumi.ii.

Tertiò amplia, etiam ſi donatio ſit facta pluribus in eodem inſtrumento, ſed ſummam excedit legitimam attentis perſonis plurium, quæ ſi ſeparatim conſiderarentur,non excederet partis cuiuſpiam legitimam portionem.Ioan.de Imol.in c.cùm contingat,in vlt.char.in ii.col.de iureiur.Cremenſ.in ſing.cxxxi.& fuit originalis opinio Ioan.Andreæ in addit.Spec.in titu. de donat. §.i.Barbat.in conſi.lii.col.i.volumi.iiii.Roman.in ſing. DCXXXVI.Alex.in l.ſi plures.ff.de pact.licèt Bal.& Paul. de Caſt.ibi diſtinguant,vt per eos.

Quartò amplia, etiam ſi in donatione facta in eodẽ inſtrumento inſit clauſula ꝙ tot ſint donationes, quot ſint donatarii.Iacob.de Aren.& Cyn.& ibi Bart. in d.l. ſancimus in §.i.& ſequitur Bald.ibi & Angel. & Salic. Spec.in titu.de dona.§.i.verſi.quid ſi aliquis. Bart. in l. Modeſtinus,in pen.quæſt.ff.de dona.Bal. in l.illud, col. iiii.C.de ſacroſ.Eccl. Imol.in d.c.cùm cõtingat, colum. antepen.Guid.Papæ in ſing.ccclxxv. & ſingula.DXCVII. Rom.in conſi.xxvi.in ſecundo dubio. Oldrad. in conſi. ccliii.Rom.in conſi.ccv. Bald.in conſi.xviii.volu.i.& in

conſi.xl.in iiii.vol.& in conſi.clxi.co.volu.iiii. Paul. de Caſt.in conſi.clxi. in prin.volu.ii.Alexā. in conſi. clxv. col.ii.vol.ii.& Alex.in conſi.xxi.colum.i.vol.iii.Abb.in conſi.cvii.in i.dub.Ferrat. caut.xxiii. Licèt contrarium velit idem Spec.in tit.de inſtr.edit.§.porrò,col. vi. quē propterea reprehendit ibi Io.And.in addit.vide omnino,not.per Soc.in regula xi. in ii. limit. Limitat tamen Bald.in l.i.col.i.C.quando dies legati cedit,quando dictum eſſet ꝙ tot eſſent actus donationum, quot ſummæ vel centenaria,tamen non credo verum,quia contra ſupradictam rationem militat ne fiat fraus legi,& perpendit ibi Appoſtil.ad Bal.

Quintò amplia, etiam ſi ſit renuntiatum ſolemnitati inſinuationis, quia talis renuntiatio non valet. Bart. in d.l.ſancimus in fin.C.de donatio.poſt Cyn. vbi Ioan. Andr.in addit.Spec.in §.porrò,circa fi.Bart.in d.l. Modeſtinus,& in l.nemo poteſt,de leg.i.Bald. in l. illud. in pen.col.C. de ſacroſ.eccl.in l.data.C. de dona. Imol. in l. Aquilius Regulus, circa fin. vbi dicit iſtam partem * communem.ff.de donat.& in repet.d. c. cùm contingat in pen.char.in ii.colum.de iureiuran.vbi idem dicit Alex.in d.l.nemo poteſt,colum iii.qui etiam dicit iſtam partem communem,& ibi Iaſ.in i.lect.colum.vi.& in ii. lect.col.viii.& ſeq.Guid. Papæ in ſing. ccclxxvii. Salic. in l.pen.C.de dona.poſt Cyn.ibi in fi.Bal.in cōſi. xcvii. vol.iii.Oldrad.in conſi.clxxiii.Ang. in conſi. xciiii. colum.pen.in fin. & ſeq. Franc. Curt. in conſi. xxxiiii. in princ.Calcan.in conſi.xxv.colum.xv.& ſeq.Gozad. declarat in conſi.lxxxvii.col.iii.Ang.in conſi.clxxix in fi. col.Deci.in conſi.ccccxxxii.col.ii.Corn.in conſi.ccxxi. vol.i.Cald.in c.i.in tit.de dona. vbi dicit iſtam partem communem.Paul.de Caſt.in conſi.cccxlv. in fin. volu i. Soc.in conſi.lxxx.col.vii.Hiſpan.in repe.rub. de donat. inter vir.& vxor.fol.xvi.col.i.

Sextò amplia,vt idē ſit in ficta donatione, vt eſt tex. & ibi not.Bart.in l.fi. C.de iure dot. vel ſoluitur indebitum vtroque ſciente,idem Bart. in l.i. ff. de donatio.

Calcan.in conſi.xxv.col. vi. & ſeq, vbi declarat, vel in præſumpta donatione.Franc.Curt.in conſi. cxxvi. in fi.

Septimò amplia,etiam in donatione acceſſoria, vt in ea quæ fit in venditione, dũ dicitur & ſi plus valet &c. vt not.Roma in l.ii.in char.4. ff.de verb.oblig.Soc. qui hoc tenet in conſi.ccxv.col.i.& in conſi.xxii.col.i.volu. iiii.Beltrand.in conſi.cxxvi.in fin.volu.iii. Tiraquel. de retract.fol.cxli.Boer.deciſio.cxliii. licèt contrarium velit Calder.in conſi.ii.in tit.de empt.& vendi.

Octauò amplia,ſi in eodem inſtrumento & eodẽ tempore plures res vni eſſent donatæ, quæ ſimul conſideratæ excedunt ſummam,non ſi ſeparatę,per tex.in d.l.ſancimus §.ſi quis autem,à contrario ſenſu. Bart.in l.ſi plures.ff.de pact.Oldrad.in conſi.ccliii. vbi exigit temporis diuerſitatem.Rom.in conſi.xxvi.Iaſ.in l. ſcire debemus.col.iii.ff.de verb.oblig. Abb.in cap.Apoſtolicæ, de donat.Spec.in tit.de dona.§.i. verſ. quid ſi aliquis dat. Bal.in l.illud in vi.quæſt.C.de ſacroſan.eccl.in d.l.ſancimus.§.ſi quis autẽ.Paul.de Caſt.in d.l, ſcire debemus. in fin. licèt ipſe ibi diſtinguat,ſed diſtinctio reprobatur per Alex.in conſi.lxviii.vol.i.Afflict.in prælud. conſti. Regni in quæſt.xxiiii.licèt contrarium velit Barbat.inter conſilia Alexand.in vlt. conſi.in iiii. volu. in ii. colum. in fin.

Nonò amplia,etiam ſi donatio excedens ſummam facta ſit clerico contemplatione perſonæ ſuę.Feli. in cap. Eccleſia S.Mariæ,col.lxx.de conſtitu.

Decimò amplia, etiam in donatione facta à patre filio in præmium emancipationis,vt per Calcan. in conſil.xix.colum.vi.

Vndecimò amplia, etiam in remiſsione. Gual. cautel.xix.de acquir.hęred.

Duodecimò amplia,etiã in donatione ſiue remiſsione fideicommiſsi,vt per Bart.in l.is poteſt,colũ.iii.ff.de acquir.hæred.& Iaſ.colũ.ix.vbi dicit omnes ita tenere. Contrarium ſentit Bal.in l.i.C.de pact.col. ii. & Ruin. colum.ii. tamen primam opinionem videtur tenere ibi

Deci.col.v.& Purpur.col.iiii.iſtam dicit * communẽ Cagno.in l. ſi quis in obligatione, nume. 5. & ſequen. ff. de regu.iur.

Decimotertiò amplia, idem eſſe in pacto de non petendo, vt per eundem Cagno.in l.ſequitur in obligatione, nu.vii.& ſeq.ff.de reg.iur.

Primò limita in donatione Imperatoris, vt eſt tex.in d.l. ſancimus, in §.deceptis. Azo in ſumma, & not. Bart. & Bald.in d.l.ſancimus.glo Ang.in l.penult. C. de donat.& ratio eſt ſecundum Bal.ibi, quia publicè fieri dicitur, quod coram Imperatore fit, cui tot proceres aſsiſtunt.l.omnium.C.de teſta. Immo idem eſt in donatione aliorum Principum inferiorum, qui tamen in ſuis terris non recognoſcunt ſuperiorem. Rom. in conſi.lvi. in vi.dubio. Oldra.in conſi.ccxxxi.Ioan.And. in addit. Specu.in §.porrò, in addit. magna in fi.Ioan.de Imol. in c.cùm contingat, col.fi.de iureiuran. Alex. in l. Centurio.ff.de vulg.& pupil. Bald.in d. l. ſancimus. Bened. de Plumb. in l. ſi arrogatus, in §. Conſul. ff. de manumiſ. vindicta per Iaſ.in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto.C.de teſta. Alex.in conſi.clvi.in ii.col.volu.i. Corn. in conſi.cxxvii.col.ii.volu.ii.& in conſi.ccxcix. col. fin. volu.i.Beltran.in conſi.clx.colũ.ii.volu.i. ſecus ſi recognoſcat ſuperiorem.Maria.Iun.in conſi.lxix. col. ix. & col.xii.Amplia, vt per Zaſ.in conſi.xv.colũ.ii Feli. in c. cum non liceat, col.iiii.de præſcrip.Rui.conſi xxiii.col. iiii.vol.ii.Tiraquel.de nobilit.c.xxxvii.nu.xlvii.

Amplia, etiam idem eſſe ſi fiat à magiſtro militum in militem ſuum vel econtrà. Azo in ſum.in ii. colum.per tex.in l.pen.C.de donat.Archid.in c. ergo, lxiii. diſtin. Ang.in d.l.pen. Item amplia, ſi fiat à priuato in Imperatorem, vt eſt tex.in §.fina. in auth.vt non fiant pigno. auth.Item & à priuatis.C.de donat.Archid.in d.c. Ludouicus.Contrarium Iaſo.in d.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto. & donari poteſt Imperio & Imperatori ſine inſinuatione.Feli.in c.Eccleſia S. Mariç, colum.xxx. de conſtit. & idem ſi eſſet facta donatio à iudice. deciſio.

Neap.

Neap.cciii.in nou.in iiii.dubio.

Secundò limita, niſi donatio facta ſit Eccleſiæ vel in piam cauſam. Bart. in l.illud. C. de ſacroſ. eccl. Azo in ſum.de donat. Spec.in titu.de inſtru.ædit.§.porrò,in fi. & ibi Ioan.And.in addit.Iac.de Beluiſ.in §.ſi minus,in auth.de non alienan.Paul.de Caſt.in conſi.ccxii. col. ii. volu.ii.Abb.in c.relatum,de teſtam,col.i. in fi. Rom. in d.l.Modeſtinus,de dona.Hoſtien.& Ioan.And.in c.fi.de fide inſtr.Ioan.And.Anto.de Butr.& Imol.in c. ad hæc, de teſt. Bal.in c.fi.col.i.de vita & honeſt. clerico. Petr. de Anch.in cap.canonum ſtatuta,colū.xxii.de conſtitu. Ioā.Crot.in l.nemo poteſt,colum.xvii.ff.de leg. i. Cald. in conſi.iii.in tit.de dona.Anto.de Canar. in tract. inſinuat.in xlvi.quæſt.& eſt * communis opinio,per Fel. in d.c.Eccleſia.S. Mariæ.colum.xxx verſi. Primum eſt, & per Iaſ.in conſi.clxix.col.v.volu.iiii.Matthæ. in ſingula.clxx.incip.Not. ꝙ leges. Socin.in conſi.cxv. col.i. volu.iiii.Calcan.in conſi.xiii.col.iii.Alex. in appoſtil. ad Bar.in l.illud.C.de ſacroſ.eccl.Appoſtil. ad Abb.in d.c.relatum,de teſtam.

Iſtam opinionem ſentit Alexand. in conſi. ccx. volumi.ſecundo.vbi dicit,quòd ſtatutum,quòd teſtamenta inſinuentur,non habet locum in teſtamento, in quo eſt clericus inſtitutus, & Bald. in authen. caſſa. C. de ſacroſ.eccl.Item ſecundum Salic.in d.auth.caſſa,nec in teſtamento clerici locum habet tale ſtatutum. Felin.in d.c.Eccleſia S. Mariæ, col.xxvi. Ripa in xii. reſpon. lib. iii.in fin.Gual.cautel.ii. Oldendorp. in libello iuris & æquitatis.Hiſpan.in rub.de donatio. inter vir. & vxor. fol.xliiii.col.ii. Brun.in tract.de forma fol. lxi. col. iiii. Ruin.in conſi.clxxxii.col.vi.i. volu. Cagn. in l. ſi quis in obligatione,nu.vi.ff.de reg.iuris.& idem Ruin.conſi. clix.col.iii.volu.iiii. Contrarium tenuit Salic.in d.l. illud,& ibi Paul.de Caſt.Salic.& Ang.in d.l.ſancimus. in fi.prin.glo.in auth.de non alienan. in §. ſi minus, & ibi Bar.ſequitur gl. & idem voluit Ang.in l.ſi quis pro redemptione.C.de donat.Roman.in repe.auth. ſimiliter,

in xvi. ſpeciali piæ cauſæ inter contractus. C. ad l.falcid. Calcan.in conſi.xxi.colũ.ii. Tertia fuit opinio aliquorum, qui dixerunt valere eccleſiæ donationem factam hodie ſine inſinuatione vſque ad octingentos aureos, vt voluit gloſ.in l.illud.C. de ſacro. eccl.& in d.l. ſancimus. Archid.in c. Ego Ludouicus, lxiii. diſt. Abb. in c.peruenit,el ii.in fi.de iureiuran.

Tertiò limita in donatione propter nuptias olim facta fœminæ minori, hodie generaliter in omni ante nuptias donatione: vt in d.l.ſancimus.§.alias, verſi. his inſuper.in l.minoribus.C.de donat.ante nupt. & in auth. eo decurſum eſt, eod.tit. Azo in ſumm.in titu.de donat. Afflict.ſuper conſt.fol.cclxxvi.colum.iiii. vide Franc.in conſi.lxxxi.colũ. iii.& in conſi.cxxvi.colum.iii. vbi tenent contrarium.

Quartò limita, quando plures donationes fierent diuerſis temporibus in eandem perſonam, quę ſi ſimul coacervatim conſiderentur, proculdubio excederẽt legitimam ſummam, non ſi ſeparatim, vt eſt tex.in d.l. ſancimus.§.ſi quis autem,el i. eſt bonus tex.iuncta glo.ii. in l.Modeſtinus. C. de donat. Secus ſi eodem tempore, vt per Paul. de Caſt. in l. ſcire debemus, in fin.ff. de verb. obliga. licèt Abb.contrarium velit & malè in c.Apoſtolicã, de donat.vbi Imol.tenet contrarium.

Quintò limita, quando donata fuiſſet certa quantitas annis ſingulis ad vitam, vt eſt tex.in d. l ſancimus.§. fi.& not.Azo in ſum.in tit.de dona.

Sextò limita in donatione ex cauſa dotis, in qua non requiritur inſinuatio, vt eſt tex.in l.fi.& ibi glo. in verbo indigere.C.de iur.dot.& not.ibi Salic. & idem Salic. in d.l.ſancimus, in i.colum.Calcan.in conſi.xiii.col. iii. Sublimita, vt per Soc.in l.i.col.xx.in fi.& ſequẽ.ff. ſolu. matr. Hiſpan.in rub. char.xciiii.colum.iiii.de donatio. int.vir.& vxo.

Septimò limita in donatione, quæ fieret ob reparationem domus dirutæ.l.pen.§.ſecũdo. C.de dona.& ibi not. Bart.Bald.Ang.& Salic. Azo in ſumm. in tit. de donat.

Archid.in d.c. Ego Lodouicus lxiii.diſt.

Octauò limita, quando creditor remittit ſummam excedentem quingentos aureos prouenientem propter creditum vſurarium pręteritum.d.l.Modeſtinus, vbi gl. i.extendit ad præteritas vſuras, & ibi illam ſequitur Bart. Imol. & clarius Paul. de Caſt. & ponit Azo in ſumm.in tit.de dona.Bald.in l.illud,colū.iii.C. de ſacr. ſan.eccl. Ang.in §.alię,in fin.col.inſti.de donat.Imol.in c.cùm contingat,in pen.col.de iureiur.An remittere ſit dare,Feli.in c.veniens,col.fi.de teſtib.

Item limita, vt non requiratur inſinuatio in gratuita remiſsione crediti aſcendentis ad ſummam maiorem quingentorum ducatorum,ita tenuit Placen.quem refert & ſequitur Azo inſtitu.de dona.& in l.creditori. C.de pact.vbi etiam Ant.de But.& Alex.

Contrarium tenuit glo.in l.ſi quis obligatione.ff. de reg.iur.in l.i.§.i.ff.quib.mod.pign.vel hipoth.ſol. Bart. in d.l.ſi quis obligatione, & idem in d. l Modeſtinus.ff. de donat.Din.Ang.& Alex. in l.Neſennius.§.ſi debitori.ff.ad leg.falc.Bal.in d.l.illud,col.iii.C.de ſacroſ.eccl. in l. ſi inter. C.de ſolut. in l. tale pactum. ff.de pact. in princ.vbi etiam Ang. Bal.in l.ſi donationes.C.de dona. in l.pactum quod dotale,in xvii.q.C. de collatio.Alex. in l.ſi mulier.ff.de condit.cauſ.dat. & illud * communiter tenetur,vt per Alexan.Soc.& Iaſo. in l. creditori. C.de pact.& idem dicit Alex.in d.§.ſi creditori.l.Neſennius. Imol.in l.Aquilius. ff. de dona. Calder. in conſi. xxvi colum.v.& ſeq. Alexan.in conſi cxxxvii.in fi. volumi.ii.Anto.de Canar.in tract.inſinuat.q.xlvi. & ſeq. Barbat.in conſi.cccci.in vlt.char.in i.colū.volu.i.Iaſ. in conſi.cxcix.col.ii.volu ii.Bald.in conſi.cci.volu.iii.& in conſi.cccclxxviii.incip.Item ſtatuimus,vol.iiii. Decius in c.veniens,col.ii.de teſti.Gual.caut.xix. de acquiren. hæred.Ang.in §.aliæ in fi.col. inſtit.de dona.Deci.in d. l.debitori,in fi.C.de pact.Imol. in c. cùm contingat, in pen.col.de iureiurand.Rom.in d.l. Modeſtinus. Ang.in conſi.lxxvii.in fi.& in cōſi.xciiii.pen.col. ex quo ſequi-

tur,idem eſſe in pacto de non peten. Ioan.And.in addit. Specu.in titu.de inſtru.edit.§.porrò,in additione magna.Docto. in l.tale pactum.ff.de pact.in princ. Ang. in l.pacta quæ contra.ff.de tranſanct.in l. ſi vnus.§. pactus ne peteret,colum.pen ff.de pact. Ang. & Paul. de Caſt. in l.contra iuris.§.ſi.ff.eod.tit. Alexan.in l. ſi mulier.ff. de códit.cauſ.dat.& in d.§.ſi debitori.in d.l. Neſennius. Anto.de Canar. in tract.inſinuat.quæſt. xlvi. & ſeptima. Franc. Curt. in conſi. xlvii. colum. ii. & colum.iii. Ruin.conſi.cxxxiii.colum.iii.volu.iiii. Bald.in d.l.tale pactum.ff.de pact.diſtinguit.Calcan.in conſi. xxv. col. vii. & in ratificatione ex quo inducitur renuntiatio. Calcan.in conſi.lvi.col.ii.

Nonò limita in promiſsione faciendi aliquid ex cauſa donationis,quod requirit maiorem impenſam, quā ſummam quingentorum aureorum, nam iſto caſu non requiritur inſinuatio,ita declarat Salicet. in d.l. ſancimus,in fin. princ. C.de donat. Sed iſta limitatio credo quòd ſit falſa, quia ipſemet Salic. confunditur ex notat.in præcedenti limitatione per Docto. communiter, licèt ipſe contrarium teneat.

Decimò limita, quia ſufficit donationem factam coram iudice. Ang.in d.l.Modeſtinus.ff.de dona. Alexan. in conſi.clvii.colum.i.volu.ii.& in conſi. xx. colum. ii. volu. iii. Deci.in conſi. cccccxxxvi. colum. pen. Guid. Papæ in conſi. xxiii. vide Caſſan. in conſuet. fol. clxx. colum. iii. in fin. & ſequen. Guid. Papæ in ſing. cccxli. Tiraquel. in legibus connubialib.fol.ccxxi. & ratio eſt, quia inſinuatio nihil aliud eſt, quàm intimatio facta iudici. Bart. & Ang. in d. l. Modeſtinus. per Corn. in conſi.cxxvii.colum.ii.volu.ii. & per Alexand. in conſi. ccxvii.colum.ii.volu.vi.& in conſi.clvii.colum.iii.volumi. ii. Franc. Curt. in conſi. xxxiiii. Deciſ. Neapol. cciii. in iiii. dubio in nou. Pariſ. in conſi. xcvi. colum. v. volumi. primo. Marian. Iun.conſi. lxvii. colum. iii. volumi.eſt verum quòd Ang. in l. donationes quas parentes. C.de donat. int. vir. & vxor. videtur requirere,

quòd

quòd ſit regiſtrata in actis donatio, vt dicatur inſinuata, vltra hoc ꝙ ſit facta coram iudice,& hoc videtur ſentire Cyn.glo.in l.illud. C. de ſacroſ.eccl. glo. in verbo Iterum,& glo.in verbo intimata, & ibi Bald. colum. ii. An autem requiratur iudicis decretum, vide Bart. in d. l.Modeſtinus. Bald.in dicta l. illud,& Alexand.in dicto conſi.ccxvii.Iaſo.in conſi.li.colum.ii. Calcan. in conſi. xxv.colum.xi.

Item dicitur inſinuata, ſi iudex interponat decretum. Guid. Papæ in ſing.cccxli. Intellige dum tamen ſit iudex competens. Guid. Papæ in quæſt.cccxxv. & in conſi.xxiii.vbi declarat & in conſi.lvii. Caſſanæ.in conſil.xxxix.colum.xiiii.Immo ſufficit fieri coram alio notario, qui ſubrogetur loco iudicis. Gual. cautel. ii. de mutan.teſtam. Deciſio. Neap. cciii.in iiii.dub. in nou. Idem, ſi donatio ſit facta coram principe. Manc. in conſil. cxxxii.colum.ii.

Vndecimò limita, quia licèt ſit facta vltra legitimam ſummam, tamen valet infra legitimam ſummam vitiato exceſſu, vt eſt tex.in d. l. ſancimus. & ibi not. Odofred. Bald.Ang.& Salicet. Alex.in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta.col.antep.ff.de verb.oblig.in l.ius iurandũ, la ſecunda.§.ait prætor.ff.de iureiur.& in appoſtil.ad Bar. in l. cum de indebito.§. ſed cum hoc, in appoſtil. magna. ff.de probatio. & Caſſanæ. limitat in conſi. vii. colum.v. in fin. Socin.in conſi.xlviii. colum. fina. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titu. de inſtrum. edit. in addit. magna. Paul. de Caſtr. in conſi. xc. volumi.ſecundo, & in conſi. cccxlv. colum. iii. volumi.i. Angel. in clxxix.in antepen. colum.in fin. Alexand. in conſi.iiii.colum. pen. volu.i. Decius in conſi. ccxxxix. colum. ii. & in conſi. ccccxxxii. colum. ii. & in conſi. cccccxxxvi.colum.pen.

Duodecimò limita, qa cũ hodie ſit dimidiatus aureus & valor antiqui aurei plus valebat tempore prędictæ l. intelligẽdũ eſt de aũro antiquo ꝑut loqtur, ita ꝙ currẽtes aurei hodierni reducẽdi ſunt ad antiquos, vt no. Bal.

Papę in ſing.ccclxxv.Beltrand.in conſi.xlviii.colum.ii. volu.i.& in conſi.cxxxviii.col.viii.in fi.vol.ii.& in cōſi. xlviii. colum.ii. volu.i.& in conſi. cxxvii.volu.ii. & in conſi.cxx.colum.fina.volu.iii.deciſio.Neap.cciii.in fin. colum.in nou.Ruin.conſi.lx.col.vi.volumi.iii. & conſi. lxvii.col.vi.vol.iii.Nec ſtatur confeſsioni donantis ſuper benemeritis.Guid.Papę ſing.cccxcvi.Beltrā.in cōſi. xlviii.col.i. in fin.& ſeq.volu.i. deciſ. Neap.cciii.in iii. dubio in nou.Hiſp.in rub.de donat. int. vir. & vxo. fol. xlviii.colum.ii.& ſeq.

Decimoquartò limita in donatione ob cauſam,vt per Bart.Imol.& Ang.in d.l.Aquilius Regulus glo. in l.fi. C. de iure dot.in gloſſ. i.& Ang. in §.i.in d.l. fina. & in l.fina. C.de donat.Oldrad.in conſi.cxxxix.in ix.dubio. Corn.in conſi.cxxi.col.fi.vol.iiii.Aret.in conſi.ii. colū. ii. Alexan.in conſi. xii.col .ii.Corn.in conſi.xlv.col. fin. volu.iiii.Aret.in conſi.xvii.col.ii.Ang.in d.l. fi. §.i. C. de iure dot.Anto.de Cana. in tract.inſinuat. quæſt. xlv. Soc.in conſi.xlviii.col.fi.Ang. in conſi. clxxix. in verſi. Venio ad tertium.Alex.in conſi.xxix.col.v. volumi.iii. Capell.Tholoſ.deciſ.ccclxxxi.& ibi Appoſtil. Calcan. declarat in cōſi.xix.col. vii. Et declara iſtam limitationem,vt per Aret.in cōſi.ii.col.iii.Imol.in d.l.Aquilius, col.i.Corn.in conſi.xlv.col.fi.vol.iiii.Aret.in cōſi. xvii. col.v.Alex.in conſi.xx.col.ii.volu.iii.& in conſi.xxi.col. ii vol.iii.Rip.in v.reſpōſo in iii.lib.Guid.Papæ in ſing. ccclxxviii.Gozad.in conſi.lxxxvii.colū.iii.Beltrand. in conſi.xlviii.col.i in fin.& ſeq.volu.i.& in cōſi.cxxxviii. col.iii.vol.ii.& in conſi.cxx.col.fi.volu.iii.Afflict.ſuper conſti.fol.cclxxvi colum.iiii.Limita,vt per Pariſ.in cōſ. xvi col.v.volu.ii.& in conſi.lxix.col.ix.vol.iii. Grat.in conſi.vii.col.fi.volu.ii.Ruin.ampliat conſi.lii. colū. iii. volu.i.& conſi.cxxi.& conſi.clxxxii.col.vi.vol.eo.Et in donatione cauſa mortis Ruin.conſi.li.colū.vi. volu.i.& conſi.lii.colum.ii.& in conſi. cxxv. colum. fina.& conſi. cxxvi.col.iii.volu.i. Contrarium tenet Paul.de Caſt.in conſi.cccxlv.col.pen.vol.i.Bal.in l.illud in iii. qō.C. de

ſacroſ.

ſacroſ.eccl.Franc.Curt.in conſi.cxxvi.col.iii.

Decimoquintò limita (licèt iſta limitatio ſit potius illatio duarum pręcedentium limitationum) non procedere in donatione reciproca, in qua non requiritur inſinuatio: quia potius videtur donatio ob cauſam, quàm ſimplex donatio. Item potius remuneratio quàm donatio ſimplex, & ita iſtā limitationē tenet Io.And.in addi. Spec.in tit.de inſtr.edit.§.porrò, in addit. magna, verſi. Fuit etiam alia quæſtio de facto. Oldr.in conſi. cxxxix. in ix.dubio. Salic.in l.fi. C.de pact. Ang.in l. fi. in princ. C.de donat. in l. cùm multi. C.de dona. ante nupt.in l. fin.§.ſimiliq; modo. C. de iure dot. & in conſi. clxxix. verſ. Venio ad tertium. Aret.in conſi.xvii.colum.v. Alexan.Iaſ.Deci.& Purpur.in l.licèt inter priuatos,col.iii. C.de pact. Alex.in conſi.lxxxiii.colum.vi.volu.ii. & in conſi.xxviii.col.vi.vol.ii.& in conſi.xxviii.col. i. volu. iii.& in conſi.clxvii.colum.i.vol.vii.& in l. ex hoc iure, colum.x.ff.de iuſt.& iur.& Alex.in conſi.xx.col.ii. volu.iii. Roman.in conſi. xxvi.in ii.dubio. Franc. Curt.in conſi.lxxxi.col.ii.in fin.& ſeq. Hiſpan.in rub.de donat. inter vir.& vxor.fol.xlvi.colum.iii. Declara vt ſuprà in præcedenti limitatione, quia illa declaratio etiam conuenit iſti limitationi. Alex.in conſi.cxix.col. ii. vol.iii. Calcan.in conſi.xxv.col.v.Guid.Papæ in ſing.cccc. Hippol.in ſing.cccxxiii. Natta in c.quanuis,col.xxi. verſi. hinc dixit Bald de pact. Hiſp.in rub.de dona.int. vir. & vxor.fol.xviii.col.ii.& ſeq.

Decimoſextò limita interueniente iuramento, quia iuramētum ſupplet defectum inſinuationis. Ioan.And. in addit.Specu.in titu.de inſtru.edit.§.Porrò, verſ.Quid ſi renuntians. Feder.de Sen.in conſi.cclxxxi. Imol. in c. cùm contingat, in lxxviii.colum.& in pen. char. colum. ii.de iureiuran. Bald. in dicto cap. cùm contingat, in iiii.colum. Abb.colum.x. Aret. Alexand. & Claud. in l. nemo poteſt.ff.de legat.primo. Calder.in conſi. i. in tit. de donatio. Angel.in conſi. xciiii. colum. penult. & ſequen. Roman. in conſi. xxvi. in ſecundo dubio. Abb. in

conſi.

conſi.cvii.in primo dubio volumi.ii.& in conſi. xcvi. in fin.volumi.ii. Aretin.in conſi.ii.colum. ii. & quinta, & in conſi.xlvii. colum.fina. in fin & in conſi. lxxvii. circa fin. Corn.in conſi.ccxxi. volumi. primo. & in conſi. clxxxvi.colum.vii.& ſequen. volu.ii. & in conſi. xxxvi. volumi.iii.verſi.ſubdit,& in conſi.cxciiii.volu.eo. Alexand.in conſi.iiii.colum.pen.volumi.primo.& in conſi. xii.colum.ii.in fin.volu.i.& in conſi. xx. colum. ii. volumi. iii. & in conſi. xxi. colum.iii. lib. iii. & in conſi. clvii.in fin.volumi.ii.& in conſi. cxxv. colum. pen. volumi.primo,& in conſi.ccxvii.colum.ii.volumi.vi. & in conſi.xxvi. volu.vii. & in conſi. clxvii. colum. pen. volumi.eo.Soc.in conſi.lxxvii. & in conſi.lxxviii. colum. pen.& in conſi.lxxix.& in conſi.lxxx colum. vii. & ſeq. Deci.in conſi.ccccxxxii.colum.ii.& in conſi.ccxxxix.& in conſi.ccccxxxvi.colum.pen. Iaſon in conſi.li. in fin. colum.volumi.i.& in conſi.vi.colum.ii.volumi.iii. & in conſi.clxix.colum.pen.volu.iiii.Ioan.Anto. Alexan. in conſi.lix.Corſet.in rub.de iureiur.col.xv.Rip. in v. reſponſo in iii. lib. & in xi. reſponſo in fin. lib. iii. Guid. Papæ in ſing.ccclxi.& ccclxxv.& vide in ſingu. ſeq. vbi an debeat concedi abſolutio. Alexand. in appoſtil. ad Bart.in l.cum de indebito.§ ſed hoc.ff.de probat.Franc. Curt.in conſi.cccxli.in princ.vbi etiam ponit caſum in quo ſecundum eum nulla cadit dubitatio, & in conſi. xlvii.col.fi.& in conſi.lxxxi.col.iii.

Limita iſtam communem,vt per Franc.Curt.in conſil.cxli.colum.fin.Iſtam communem opinio. tenet Cæpol. in conſi. viii. colum. ii. & ſequen. in conſi. ciuili. Hippoly. in pract.§. ſecunda,colum.x.nume.65. Guid. Papæ quæſtio. cccl. Capel. Tholoſ. in appoſt deciſio. ccclxxxi.& Guid. Papæ in conſi. xxiii. xxxi. & xxxii. Gozad.in conſi.lxxxvii.colum.iii.Beltran.in conſi. clv. colum.i.volu.i & in conſi.clxxiii.col.ii.vol.eo.vbi dicit * communem & in conſi.ccvi.col.v.volu.i. & in conſi. xxii.volumi. ii.& conſi.xiiii.colum.ii.volumi. iii. & in conſi.cxxxii.col.ii.volu.eo.& in conſi.cxlvi. colum.fina. volu.iii.

volu.iii.& in conſi.cxc.colum.pen.volumi.iii.vbi dicit iſtam communem & in conſi.cciiii, colum. iii. volu.eo. & in conſi.xxx.colum.i.& ſeq.volu.iii.& cxx.colū.iii.& ſeq.vol.eo. & in conſi.cccviii.colum.i.in fin.& ſeq. vol. iii.vbi dicit iſtam communem.Deciſ.Neap.clix.in nou. Loffred.in conſi.xxiii.colum.iii.Brun.in tract.de forma fol.lxii,colum.ii.& ſeq.Pariſ. in conſi. xxvi. colum. ix. volu.iii in conſi.xxxiii.colum.vii.& ſeq. volu.iii. & in conſi.lxix.col.ix.volumi.eo.& colum.xvii,Beltrand. in conſi.xxxiiii.volu.i.col.ii,Maria.Iun.tenuit iſtam opinionem in conſi.lxix.colum. viii. Aymo qui dicit iſtam communem in conſi.cxviii.col.i,Grat.qui dicit ✱ magis communem in conſi.lxx.colum.fi.volu.i. & in conſi. vii.colum.fin.volu.ii.Maria. Iun.conſi.lxvii.col.iii.volu.ii.& in conſi.cxviii.colum.ii.volumi.eo,Ruin. conſi. cvii.colum.i.volu.i.& conſi.cxxv.col.fi.volu.i. & conſi. cxxvi.colum.iii.eo.volu.& conſi.clxxx.col.ii. volu. i.& conſi.clxxxii.col.vi.vol.i. vbi dicit communem in cōſi. clxxii.in fi.col.i.& conſi.cxxxii.col.iii.volu.iiii. & iſta eſt magis communis opinio. Eſt verum,quòd contrariū tenet Bald.in d.l.illud.C.de ſacroſ.eccl.colū.iiii. verſi. Quintò quęro. Ang.in conſi.clxxix.col.fi. ver. Sed incidenter,& in conſi.lix.incip. quia filio,in fi.Bal.in cōſi. ci.incip.Domina Antonia in fin.lib.iii.Roman.in conſi. xii.incip.Viſo facto præſuppoſito,colum.ii.ver.ſecundò quando ex tali contractu.Imol.Rom. & Cuman. in d.l. Aquilius.ff.de donatio.Ant.de Canar.in tract.inſinuat. quæſt.lxiii.Barbat.in conſi.xvi.colum.x.lib.ii.vbi dicit iſtam ✱ communem & idem inter conſilia Curtii in conſi.lxvii.in fi.& Curt.in conſi.ſeq.Paul.de Caſt.in cōſil.xc.incip.Viſa quadam ſcriptura, colum.i. volu. ii. & in conſi.cccxlv.colum.fi.volu.i. incip. Circa bona. Ferrat.caut xxxiii.Ioan.Crot.in l.nemo poteſt.colum. xv. Corn.in conſi.lxix.volu. iii. Salic.in l.pen.C. de donat. Alexan.in appoſtil.ad l.poſt mortem.ff. de adopt. videtur tenere iſtam opinionem. Barb.in conſi.lxii.colū. ii. volu.iiii.& in conſi.xxii.colum.ii.Maria. Iun. in conſi.

lxix.

lxix. colum. viii. Limita iſtam partem, vt in conſi. vii. colum.vi.per Caſſanæ. & iſtam partem dicit communẽ Gual.cautel.x.de teſtam.ordin.Beltrand.in cõſi.lxxxix. colum.ii.volu.iii.ſed Ang.in §.aliæ,inſtitu de donat.nõ audet ſe firmare.Brun. in conſi. cxi. Beltrand. in conſi. xlviii.col.iii.vol.i.

Quando autem eſſet renuntiatum,& ſuper renuntiatione iuratum, proculdubio donatio eſſet perfecta, & non obſtant defectus inſinuationis. Appoſtil.ad deciſ. Tholoſ. ccclxxxi.Beltrand.in conſi. clxvii. volu. i. & in conſi.cxxxviii.colum.iii.volu.ii.& in conſi.xiiii. col.ii. volu.iii.Ruin.conſi.clix.col.ii.& pen.vol.iiii.Bouer.in verb. Iuramentum, ſingula. xvi. declarat concordando opiniones.

Decimoſeptimò limita non habere locum in donatione cauſa mortis,ita probat tex.in l.fina.C. de donat. cau.mor.& hoc notant ex hoc tex.Odofred.& Bart.qui per illum tex.dicit eſſe correctam.l.donatio.C.de dona. quæ videbatur velle contrarium,& per quam l.Aret. in conſi.xvii.tenet contrarium, & iſtam opinionem tenet etiam Salic.in d.l.fina.& Ang.clarius & Salic. qui dicit correctam eſſe d.l.donatio,& idem dicit in d.l. donatio. Idem voluit glo. & Ang. in l. ſi quis pro redemptione. C.de donat.Coro.in conſi.cvii.in i.col.in fin. volu. iiii. Soc.in conſi.lxxii.colum.ii.volu.iii. Guid. Papæ quæſt. DCX. & in conſi. xxxiii. & in ſing. ccccccl. Mant. in conſi. cxxxii.colum.ii.licèt cõtrarium voluerit Aret. in conſi. xvii.colum.v.per d.l.donatio.C.de donat. qui malè loquitur,ex quo Docto.affirmant illam l.eſſe correctam. tamen idem quod Areti.not. Bart.in d.l. donatio. Alex. in appoſtil.ad eundem in d.l.Modeſtinus.ff.de dona.

Decimooctauò limita in donatione facta in pœnam reuocationis legati in teſtamento,vt ponit Ioan. Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, colum.iiii. in fin. de verb.obligat.

Decimononò limita in donatione facta filio in poteſtate vſque ad legitimam, cum hoc quòd in legitimam

impu-

imputatur, vel filio emancipato in præmium emancipationis. Bal. in d.l. illud in iii. quęſt. C. de ſacroſ. eccl. in l. ſi non mortis. C. ad l. falcid. Specu. in titu. de donat. §. i. ver. quid ſi pater. Deciſ. Tholoſ. & ibi appoſtil. q. lx. Calcan. in cõſi. xix. col. viii. Bal. in l. cũ quis, in fi. ff. de condi. cau. dat. & idẽ Bal. in l. ſi ſibi ff. ſi cert. pet. Cyn. in l. vt liberis. C. de collat. Aret. in conſi. ii. Paul. de Caſt. in cõſi. ccclxv. col. pen. vol. i. Sed contrarium tenet idem Aret. in conſi. xvii. colum. v. poſt Bal. in d.l. data. C. de dona.

Vigeſimò limita nõ procedere in donatione patris in filium in peculium, vt not. Bal. in l. exequutionẽ, col. x. C. de exeq. rei iudic. in l. ſi non mortis, circa fin. C. ad l. falcid. Alex. in appoſtil. ad Bar. in d.l. Modeſtinus. ff. de donat. Sed iſta limitatio procedit in particulari ratione, quia illa non eſt propria donatio, vt per Bald. in locis præallegatis.

Vigeſimoprimò limita in donatione rei alienę in qua non requiritur inſinuatio. Bal. in l. poſt mortem, colũ. iiii. C. de fideicom. Alex. in appoſtil. in d.l. Modeſtinus. & ratio eſt, quia nõ dicitur propriè donatio. l. in ædibus. §. fi. ff. de dona. & p Tiraquel. de vtroq; retract. fol. 18.

Vigeſimoſecundò limita non procedere in donatione rei nõ acquiſitæ, ſed acquirendæ. Bal in d.l. illud col. iii. verſi. quid dicemus in donatione. C. de ſacroſan. eccl. Barbat. in conſi. xli. in vlt. char. col. i. Pro quo facit, nam dicitur, ꝙ renunciatio hæreditatis nondum aditæ nõ requirit inſinuationem. Ant. de Canar. in tract. inſinuat. char. xxxii. col. i. Alexan. in appoſtil. in d.l. Modeſtinus. Sed ego crederem prædictam limitatonẽ veram, niſi illa ſpes poſsit communi æſtimatione valere pluſquã quingentis aureis, ſicuti videtur colligi ex not. per Deci. in l. i. col. v. & ibi Purpur. col. iiii. C. de pact. Iaſ. in l. is põt, col. ix. ff. de acquir. hæred. Alex. in l. in quantitate. §. magna. ff. ad l. falc.

Vigeſimotertiò limita, non procedere in donatione iuris vel actionis vel eius remiſsione, quando actio vel ius non eſſent liquida. Bal. in l. tale pactum. ff. de pact.

Barbat.

in conſi.xli.in vlt.char.col.i.& ſeq.& Bal.in l.ſi mulier. ff.de condi.cauſ.data.Deci.in c.veniens, col.ii. de teſti. Deciſ.Neap.clvi.in nou.nu.xiii.Boer.deciſ.cxliii.

Vigeſimoquartò limita in donatione vel remiſsione eius,quod debetur nomine pœnæ: vt in tali donatione vel remiſsione non requiratur inſinuatio.Bal.in d.l.illud,col.iii.C.de ſacr.eccl.& idem Bald. in d.l.ſi mulier. Alex.in appoſtil.ad Bart.in d.l. Modeſtinus. & Barbat. in appoſtil. ad Bald.in d.l.illud.Deciſ. in cap. veniens, col.ii.de teſti.

Vigeſimoquintò limita, ſi donatio ſit vltra quingentos,tamen ſoluta gabella non remanet aliquid vltra, vt per Cremen.in ſing.clxxi. Feli. in c.ad noſtram, colū.ii. de iureiurando.

Vigeſimoſextò limita, nam ſtante confeſsione iudiciali non requiritur alia inſinuatio, quia talis confeſsio habet vim inſinuationis,vt per Bouer. in verbo Cōfeſſio ſingu.xvi. Et not.quia tenet Caſſan.in conſi. xxxix. colum.xiiii.ꝙ inſinuatio non poſsit fieri coram incompetente iudice. Deest limit.º 28.

CONCLVSIO Et Regula. XLI.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor non conuenitur, niſi prius diſcuſſo principali.

PRIVS diſcutitur principalis, quàm deueniatur ad fideiuſſorem,auth. pręſente. C. de fideiuſ. Itē prius quàm deueniatur ad tertios pignorum poſſeſſores,auth. hoc ſi debitor. C.de pignor. Guid. Papæ quæſt. cccc xxxii.Caſſanę.in conſuet.fol.ccclxxxii.col.ii.Pariſ. in conſi.50.col.v.vol.i.

P Amplia,

Amplia, etiam quòd fiſcus eſſet primus diſcutiendus tanquàm debitor principalis vel ſuccedēs debitori principali. in glo. in l. ſcientia, vbi Bal. C. de fideiuſ. Rom. in ſing. DCLIII. & in conſi. XCIII. Corn. in cōſi. CXC, colum. pe, volumi. i, Bald. in l. i. C. de fideiuſ. Bald, in cap. cùm ſuper, in fi. de re iudic. Paul. de Caſt. & Raphael. in l. fi. ff. ſi cert, pet. Alexan. in l. decima, colum. iii. ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. fi. colum. pen. ff. ſi cert. pet. & ibi Deci, colum. iii. poſt Paul. de Caſt. col. ii. Abb. in conſi. xxix. Appoſtilla magna ad Abb. in c. ſecundò, de fideiuſ. Crem. in ſingu. xliii. Eſt verùm quòd contrarium voluit Bart. in d. l. fi. ff. ſi cert. pet. in finalibus verb. & in d. l. decima. ff. de ver. oblig. cuius opinionem latè defendit Abb. in conſi. xxix, colum. pen. volumi. ii. Petr. de Anch. in conſi. ccxciiii. & cccxvii. Quando fiſcus recepit ſibi bona confiſcata. Soc. in conſi. xlvi. colum. v. volu. iiii. & quia prima opinio videtur eſſe magis ✝ communis, non puto bene fuiſſe loquutū Bald. in l. i. C. de conuen. fiſc. debit. lib. x. vbi tenet quòd qui fideiuſsit pro fiſco vel pro tyranno non poteſt opponere exceptionem excuſsionis, quia cū illi ſint ſemper ſoluendo, fideiuſsio nihil operaretur: nam reſpōdètur, quòd ſatis operari poteſt, quia, vt infrà dicetur, non ſatis eſt ꝙ principalis debitor ſit ſoluendo, ſed etiam requiritur quòd ſit facilis exactionis vel conuentionis, & declarat in iſtis terminis Iaſ. in d. l. fin. col. pen. & infert, quencunque principalem primò excutiendum, quàm fideiuſſorem vel pignorum poſſeſſorem, non autem tyrannum, qui ſit difficilis exactionis.

Secundò amplia, etiam confiſcatis bonis principalis debitoris, & ratio eſt, quia licèt ſit facta bonorum cōfiſcatio, conueniri poteſt fiſcus, qui in ius delinquentis ſucceſsit, vt ſuprà dictum eſt in prima ampliatione. Calcan. in conſi, lxvi. colum. ii, Caſſan. in cōſuet. fol. ccxcvii. colum. ii. quicquid dixerit Bart. in d. l. decima, & in l. fi. & Abb. in d. conſi. xxix. Vel poteſt ipſe principalis conueniri cuius bona poſt confiſcationem acquiſita, quę nō veniunt in cōfiſcatione, poſſunt ſufficere ad ſatisfactionem,

nem, & ita conſiderat Corn. in d.conſi. xc. colum. pen. vol.i.Iaſ.in l.fin.col.pen,ff.ſi cert. pet. Et contra fiſcum opponi poteſt excuſsio . Caſſan.in conſuet.fol. ccxvii. colum.iiii.& ſeq. Et contra ciuitatem,vt per Iaſo. in §, Item ſi quis,col,xxxii.inſtit.de actio,

Tertiò amplia,vt talis exceptio opponi poſsit, etiam poſt litem conteſtatam,quia dicitur anormala , vt not. glo.ſi.in fin.in l.iii.de except.Bart.in conſi.incip.quæro an tertius.Ioan.de Ana.in conſi,lx. Corn. in cõſi.lxxxv. colum.i.volu.iiii.Immo etiam poſt ſententiam opponi poteſt iſta exceptio.Bal.in d.l.fi.in pen.colum.in ver.an autem facta excuſsione,& ibi etiam Paul.de Caſt.in fin. col.in ver.Sed nunc eſt dubium.Corn.in d.conſi.lxxxv. colum.i.vol.iiii.Iaſ.in d.§.item ſi quis, col.xli.inſtit. de actio , Iſtam tenet & dicit * communem Calcan. in conſi.xxix.colum.vi.Caſſan.in conſ.ccclxxxiiii.colum. iii.quod etiam nemine opponente poteſt reiici per iudicem.immo plus voluit glo.in l.ſi reus.ff.de cõd.indeb. quòd ſi ſolutio ſit facta,nõ oppoſita exceptione diſcuſſionis,poteſt ſolutum repeti, ſequitur Paul. de Caſt. in in l.ſi pœnæ.§.fi.ff.de condit. Contrarium voluit Bart. in l.Iulianus,ff.de condit.indeb.col.vi. An autem talis exceptio opponi poſsit in cauſa appellationis, vide Alexan.in conſi.xxxiii,vol.iii. Contrarium,quòd talis exceptio ſit dilatoria,& per conſequens proponenda ante litem conteſtatam,tenẽt Bart.in d.l.iii.ff.de excep.Iac. de Butr,Cyn.& Bal.in l.exceptionem col,pen.C. de probat.Bal.& Paul.de Caſt.in d.l.fina.ff.ſi cert, pet. Petr.& Cyn,in auth.præſente.in viii.q.C.de fideiuſ. & Bald. & ibi Salic.col.pen.& fi.idem tenet Bar.in l.ii.C. commu. diuid.& ibi Bal.Paul.de Caſt.& Salic.Bald.in l.i.col.ii. C.de conuen.fiſc. debit. lib.x. Petr. de Ancha, in conſi. ccxciiii.& in conſi.cccxvii.Hippoly.in l.ſi quis ne quæſtio,colum.xi.ff.de quæſtio.Feli.in c.exceptionem, colũ. xiii.in duobus locis de excep.Guid.Papæ.q. xciiii. & q. Appoſtil. ad deciſ. Tholoſ. lxxxi. & etiam deciſ clxvi. Guid.Papæ in conſi.ciii.Caſſan.in cõſuet.fol.ccclxxxii.

colum.iii.Bouer.in verbo Exceptio,ſing.vi.Ruin.conſn. xix.col.ix.volu.iiii.Boer deciſ.ccxxi. Tamen cōcludūt, quòd neceſſe eſt,quòd actor in proceſſu probet inopiā principalis debitoris,aliàs ſuccumberet,quaſi ſine actione agens,& ita declarat Paul.de Caſt.in l. Decima.ff.de verb.oblig.Soc.in conſi.xxiiii.col vi.Eſt verum,ꝙ aliter declarat Paul.de Caſt.in d.l.ſi.ff.ſi cert. pet Soc.in regula cxxxiiii.in vi.limit.Idem tenet Bald.in l.i.in ii.queſt. C.ſi quid in fraud.patr.fa.& iſta eſt ⁎ communis opinio,vt per Alex.in conſi.xxxiii vol.iiii.& in conſi.lxviii. in fi.volu.i.& in conſi.xxxi.colum.i.volu.iiii. & fuit de mente eiuſdem qui ſublimitat in conſi.100.col.fi.volu. v.Corn.in conſi.lv.volu.iii. Purpur. in l. ex conuentione,colum.viii.C.de pact. Limita,vt per Hippoly. in l.i. §.ſi quis vltrò,colum.vi.ff.de quæſtio.Feli.diſtinguit in c.ex reſcripto,col.fi.de iureiur.

Quartò amplia,vt talis exceptio opponi poſsit etiam coram arbitratore,vt not.Bal.in l.fi.§.i.col.i. C. comm. de lega.refert & ſequitur Alex.in l.ſi conſtante, col.x. ff.ſolut.matri.Deci.in l.fi.col.iiii.in fi.ff.ſi cer. petat. Cōtrarium,Bal.in addit.Spec.in tit.de arbit.§.fi. in vlt. addit .Aret.in conſi.cxxvi. Socin. in conſi. xxiiii. in fin. Georg.Natta in clem.ſæpe,in princ.colū. pen. de verb. ſign.Iaſ.in d.l.ſi conſtante,colum.viii. Felin.in c.i. col. ix.de conſti.& iſta ampliatio pendet ab his, quæ dicentur infrà in limitationibus.

Quintò amplia,vt talis excuſsio non facta ante litē conteſtatam,fieri poſsit pendente lite contra fideiuſſorem vel pignorum poſſeſſorem.Bald.in l. cum teſtamento.C.de manumiſ. teſta. in l.i.C.de reuocan.his quæ in fraud.cred.in auth.contra rogatus,in fi.C. ad Trebel. & in l.ſi rem.§.fi.ff.de pignor.actio.Ang. in §. ſed neque, in auth.de fideiuſſ.Roma in l.ſtipulatio.§.habet,in addit.nouis.ff. de oper. nou. nunt. Bened. de Plumb. in l. libertus.ff.de liber.cau.Alexā. in l.exitus.ff. de acquir. poſſ.Iacob.de Aren.in tract.excuſ.verſi. Sed qui ſicut. Roma. in conſi.ccclxxxviii.in fi.Alexan.in conſi.lxxxv.

volu.vi.

volu.vi.Aret.in conſi. cxxvi.circa fin. & in conſi. xxix. col.vii.Alexan.in conſi.cxiiii.colum.fin. volu.vi. Guid. Papę quæſt.ccccxxxii.Iaſ.in §. ſi quis in fraudem, colum.xx.inſtit.de actio. Beltrand.in conſi.xcix. volu. iii. Deciſ. Neapo.liiii. in nou. Pariſ.in conſi.50. colum. v. volu.i.in conſi.ciii.in fin.volu.iii.

Sextò amplia, vt talis excuſsio primò fieri debeat ẽt contra hęreditatem iacentem.& ponit Bald. in l.perſequutione. C. de pign.refert & ſequitur Socin. in conſi. xxiiii.colum.vii. Alexan.in conſi.100.in pen.col.vol.v. Pariſ. in conſi.50.col.v.vol.i. vbi etiam ꝙ fit contra hæredem mortuo debitore principali.

Septimò amplia, vt etiam mulieri repetenti dotem obſtet iſta exceptio, quòd prius excutiendus ſit maritus, quàm deueniendum ſit ad poſſeſſorem rerum hypothecatarum.Bal.in l vbi adhuc pro dote, col. antep.C. de iure dot.& ibi Salic.xii.q.poſt Cyn.in xi.q. Bart.in d. l.ſi conſtante,in ii.q.& ibi Alexã. & Iaſ. licèt videatur arguere in contrarium in xxxiiii.col.Bald.in l. iii.C. de hæredit.actio.idem dicit quòd non poteſt deueniri contra nomina debitorum mariti,licet pro dote hypothecatorum,niſi præcedente diſcuſsione ipſius mariti, vt per eum Corn.in conſi. cclxvii. in iii. volu. Anto. Neguſ. in tract.de pignorib.in viii.parte princ. colũ. viii. vbi dicit iſtam magis veram & magis * communem opinionem. Hiſpan. in rub. de donat. int. vir. & vxor. fol. xviii.col.i.in fi.& ſeq.Boer.deciſ. cc. Alexan. conſi. cliii.nu.vi.volu.vi. Contrarium, Roman. in d. l. ſi conſtante.ff.ſol.matr.ſequitur Bal. Nouel. in tract. dotium in viii.parte in xxxvii.priuil.

Octauò amplia, vt prius diſcuti debeat principalis quàm pignorum poſſeſſor,etiam ſi poſſeſſor nullum habeat titulum,vel inualidum,vt not.gloſ. in l.rei, & ibi etiam Bal.C.de diſtract.pign.not.Corn.in conſi. lxxxv. colum.i.volu.iiii. Appoſtil.ad Bart.in l.perſequutione. C.de pignor.facit ad id, quod not.gl.in d.authen.hoc ſi debitor,in ii.ſolu. & ita Iaſ. declarat in §. item ſi quis

in fraudem,colum.vi.inſtit.de actio.

Nonò amplia plures caſus in quibus diſcuſsio requiritur,vt per Bertach.in tract.diſcuſſ.

Decimò amplia,quia vbi ſunt plures debēdi rei principales,non poteſt deueniri contra pignorum poſſeſſores vel fideiuſſores,niſi omnibus diſcuſsis.Iac.Butrig.& Ang.in auth.hoc ſi debitor.C.de pign.Ang.Aret.in §. ſi quis in fraudem,colum.v.& ibi Iaſ.colum. xlii.licèt contrarium velit Iacob.de Beluiſ.in d.§.ſed neque,in auth. de fideiuſ.Cuius opinionem declarat Ang.in d.authen. hoc ſi debitor.in princ.

Vndecimò amplia,vt etiam ſit neceſſaria ſententia ſuper diſcuſsione.Bar.in l.exitus.ff de acquiren.poſſ.in l. ſtipulatio.§.habet.ff.de oper.nou. nunt.Guid. Papæ in conſi.ccxxxi. Contrariū, Ruin.conſi.clii.col.v. vol.iiii.

Duodecimò amplia , etiam in eo qui conſtituit ſe pro alio ſoluturum , quia & talis habet beneficium diſcuſsionis. gl. in §. ſi quis igitur, in auth.de fideiuſſor. Alex.in apooſtil.in rub.ff.iudicatum ſolui.

Decimotertiò amplia,etiam ſi fideiuſſor promittat ſe pro alio ſoluturum ſine vlla exceptione, vt per Roma. in conſi.ccxi. Appoſtil.ad Spec.in tit.de renuntia.& concluſ. Hippoly. in rubr. de fideiuſſ.colum.lviii.& in ſingula.cccxxxii.

Decimoquartò amplia,quia etiam contra ciuitatem agētem opponi poteſt exceptio diſcuſsionis. Iaſ. in d.§. ſi quis in fraudē,col.xvi.inſti.de actio.

Decimoquintò amplia , idem eſſe contra fiſcum , vt ibi per Iaſ.col xvi.Guid.Papæ quęſt. dlxx.

Decimoſextò amplia in fideiuſſore indemnitatis.Alexand.in conſi.xxxi.vol.iiii.col.i.

Decimoſeptimò amplia,etiam ſi ſit renuntiatum beneficio de fideiuſſoribus.Alexan.in d.conſi.xxxi.col.ii. & ſeq.volu.iiii.

Decimooctauò amplia,quando pater tenetur pro filio.Alex.in d.conſi.xxxi.col.iii.volumi.iii.Contrarium Boer.deciſ.xxi.

Decimo-

Decimononò amplia, etiam ſi fideiuſſor promiſerit liberè ſoluere, vel abſque exceptione. Felin.in c.cauſam quæ col.xiiii.de reſcr.Hippol.in ſing.cccxxxii. Oldendorp.in libel.iur.& æquit.thomo ii.fol.ccxxxvii.

Vigeſimò amplia, vt etiam fideiuſſor, qui promiſit & voluit teneri pro principali.Guid.Papæ in ſing. DCiiii.

Vigeſimoprimò amplia,vt etiam donatarius principalis debitoris primò ſit excutiēdus,quàm poſsit deueniri ad pignorum poſſeſſores vel fideiuſſores.idē Guid. Papæ in ſing.DCCClxxxii.

Vigeſimoſecundò amplia etiam ſi debitor principalis renuntiauerit d.auth.hoc ſi debitor,quia hoc non præiudicat fideiuſſori vel pignorum poſſeſſori. Guid. Papæ in d.ſing.DCCCxxii.

Vigeſimotertiò amplia,etiam ſi poſſeſſor habeat ius omnino inualidum.Iaſ.in §.item ſi quis,colum. xxxiii. inſtitu. de actio.

Vigeſimoquartò amplia, vt vnus ex poſſeſſoribus in ſolidum conueniri poſsit,& non omnes pro rata conueniri debeant.Iaſ.in d.§.item ſi quis col.fi.

Vigeſimoquintò amplia,vt etiam ſententia declaratoria ſuper excuſsione ſit neceſſaria.Nicel.côcord. Bar. xxx.Pariſ.in conſi.50.volu.i.Ruin.conſi.lxxxv.col.iiii. volu.iiii.& col.vi.

Primò limita, vbi is qui opponit excuſsionis exceptionem,ſe obligaſſet cum iuramento, ita declarat Bal. per illum tex.in c.ex reſcripto,de iureiur. vbi etiā Petr. de Anch.ſub dubio fortè,& ſequitur Soc. in i. limit. in regula cxxxiiii.Alex.ſequitur in conſi.xxxi.col.fi. vol. iiii.Corſet.in repe.rub.de iureiur.col.x.Hipp.in rub.de fideiuſ.col.ii.deciſio.Tholoſ.cxxx.Appoſtil.ad d. deciſ. Tholoſ.cxxxix.Hiſpa.in c.per veſtras,char.xc.col. ii. de donat.int.vir.& vxo.Grat.conſi.xxviii.colum.ii. volu.i. iſtud ſumitur ex dictis Bart. in l. ſi quis pro eo, in viii. membro.ff.de fideiuſſ.Ang.in l.ſi quis acceſsionis, in fi. ff.eodē tit.Ant.in c.cum côtingat,in vi.caſu & ibi Imol. in vii.membro de iureiur.nam iſti volunt, quòd ſtante

iuramento cenſeatur teneri vt principalis, licèt nō poſſit teneri vt fideiuſſor, quia iuramentum habet iſtam vim, quòd actus valeat omni meliori modo, eſt verum quòd iſtas doctrinas, Alexand. allegat in contrarium in l. fina. colum. iiii. ff. ſi cert. petat. & Felin. in c. ex reſcripto, de iureiur. tamen mihi videtur probare iſtam partem appoſtilla magna in cap. ii. de fideiuſſ. ad dicta per Abb. & Alexand. in appoſtilla ad l. Marcellus.ff.de fideiuſſ. idem tenet Hiſp. in d. cap. per veſtras, char.xc.colum.ii. Contrariam verò opinionem, ꝙ imnio exceptio excuſsionis, non cenſeatur ſublata iuramento, tenet Bald.in d. c. cùm contingat, in vi. colū.vbi expreſsè dicit, quòd exceptio excuſsionis non cenſetur ſublata iuramento. Alex.in l.fin.colum.iiii. & ibi Deci. colum.iii.ff. ſi cert.peta. Felin.& Barbat.in cōſi. ccccciii. colum.vii.& ſeq.volu.ii.Deciſ. Tholoſ.cxxxix.vide infrà in xiii.limitatione.

Secundò limita, niſi fuerit facta alienatio rei hypothecatæ per debitorem pendente iudicio, quia tunc contra poſſeſſorē poteſt agi hypothecaria, etiam nulla facta diſcuſsione contra debitorē principalem, ita tenet glo.in d.auth.hoc ſi debitor, in glo. magna in fin.& ibi Iac. & Bart.qui dicit iſtud tenere * communiter Doct.quod etiam ibi tenet Ang.& Salicet. & Azo in ſumma in tit. de pignor.Socin.in d. regula cxxxiiii. in ii. limitatione. Alexand. in diſputatione ſua incip. Sigiſmundus in v. dubio in rſponſ. prima ad argumentum partis affirmatiuæ.Idem tenent Petr.& Cyn.Bar.& Salic. in l. diſtractis.C.de pign.Bald.in l.i.ver.Quid ſi debitor.C. de reuocand. his quæ in fraud. credit. Alexand. in appoſtil. in dicta authen. hoc ſi debitor. Pariſ.conſi. lxxx. colum.viii.volu.i.

Tertiò limita, quia abſente debitore principali poteſt deueniri contra fideiuſſorem vel pignorū poſſeſſorē, etiam principali non diſcuſſo, ita tenet glo. pen. in d. auth.hoc ſi debitor, & ſequitur ibi Bald.Ang. & Salic. & Bart. cum vna tamen declaratione, quam ibi ponit Iacob.

cob. Butrig. Iſtam etiam limitationem ponit Roman. in conſi. xciii. Alexand. in conſi. 100. in pen. colum. volu. v. Soc. in regula cxxxiiii. in iii. fallen. Deci. in l. fin. colum. v. ff. ſi cert. petat. eſt bonus text. in authen. præſenti, argumento ſumpto à contrario ſenſu. C. de fideiuſſ. & ibi not. Salic. & Bald. ſequitur Hippol. in rub. de fideiuſſ. colum. iii. Iacob. Butr. in tract. diſcuſſ. in fin. Bart. in §. ſed neque, colum. ii. in authen. de fideiuſſ. Idem eſt, ſi ſit pręſens & latitet, vt per Guid. Papæ quæſtio. ccccclxx. Amplia etiam ſi reuertatur pendente iudicio intentato contra fideiuſſores. Appoſtil. ad deciſ. Tholoſ. lxxxi.

Quartò limita, niſi principalis debitor conſtituiſſet ſe precario nomine poſsidere bona obligata, quia tunc poſſet agi illis exiſtentihus penès tertios poſſeſſores contra illos, etiam diſcuſsione non facta. Bald. & Angel. in l. fina. C. de acquiren. poſſeſſ. poſt Iacob. Butrig. in dicta authen. hoc ſi debitor. C. de pignor. & in authen. ſed hodie. C. de actio. & obligat. & ibi Petr. de Anch. in ſuis reportatis, & Bald. declarat in l. prima. C. de reuocand. his quæ in fraud. cred. idem tenent Raphael, Angel. & Imol. Roman. & Alexand. in l. exitus. ff de acquiren. poſſeſ. & idem Angel. in dicta l. ii. §. hac actione, in fin. ff. de vi bonor. rapt. qui etiam declarat in ſecunda lectura in addit. ff. pro ſocio, & idem Bal. in cap. cùm veniſſent, in finalibus verbis de reſtitu. ſpolia. Florian. in dicta authen. hoc ſi debitor. Roman. in conſi. cccxcii. in ii. colum. in fin. Aretin. in conſil. cxxvi. in fin. & Angel. Aretin. in §. Item ſi quis in fraudem, colum. vi. inſtitu. de actio. & ibi Iaſ. colum. xxxvi. & ſequen. Socin. in dicta regula cxxxiiii. in iii. limitatione. Claud. qui ſublimitat in d. l. exitus. ff. de acquir. poſſeſſ. Roman. in conſi. clxxxix. in fin. in conſi. lxxxiii. volumi. vi. Deci. in l. fina. colum. v. ff. ſi cert. peta. Alexand. in conſi. cxxxvii. colum. ii. volumi. ii. Corn. in conſi. ccxxviii. volu. ii. Bald. in l. Celſus, colum. xxi. ff. de vſucap. Alexand. in diſput. incipien. Sigiſmundus,

in v.

in v dubio. Hippol. in rub. de fideiuſ. colum. iiii. & in ſingula. clviii. Alex. in conſi. lxxviii. col. fi. volu. v. & in cõſi. lxxiii. col. fi. vol. eo. Guid. Papæ q. ccccxxxii. & in conſi. cix. Gozad. in conſi. xlii. colum. ii. & declarat in d. conſi. xlii. col. i. & fi. Beltrand. in conſi. cxc. volu. ii. & in conſi. ccxiii. col. i. vol. eo. Deciſ. Neap. liii. in nou. Pariſ. in cõſi. ciii. volu. iii. & in caſu. l. fin. C. de acquir. poſſ. non requiri excuſsionem ponit Grat. in cõſi. DCXIX. colũ. i. vol. eo. & in conſi. xlii. colum. ii. volu. ii. & conſi. cx. col. i. vol. ii. Ruin. conſi. cxxx. col. iiii. vol. i. & conſi. clxxii. col. fi. volu. iiii. Vital. in tract. clauſul. in verbo Et conſtituit, colum. iiii. ver. Item præconi. Rip. in rub. de iuriſdict. om. iud. nume. xii. Tiraquel. de conſtit. in i. parte nu. liii. & pluribus ſequentibus. Boer. deciſ. cxii. Contrarium tenuit Aret. in d. l. exitus. ff. de acquir. poſſ. Barbat. in cõſi. xxviii. col. i. vol. i. cum ſeq. colum. Calcan. in conſi. xxix. col. i. & ſeq. & col. iii. & ſeq.

Quintò limita, quando notorium eſt, principalem nõ eſſe ſoluendo, quia tunc non requiritur alia diſcuſsio. glo. in d. l. decima. ff. de verb. obligat. & ibi Bart. Paul. de Caſt. & Imol. col. i. glo. & Bart. in l. fi. ff. ſi cert. pet. & ibi Bal. Paul. de Caſt. & Alex. colum. ii. Deci. col. iii. & ſeq. Iaſ. colum. fi. Idem voluit Bart in l. iii. §. ſi is pro quo, in fin. ff. quod quiſque iuris. Cyn. in authẽ. præſenti. C. de fideiuſ. Bal. in l. i. C. de reuocan. his quæ in fraud. verſi. quæro vtrum iſta excuſsio. in l. i. C. ſi quid in fraud. patr. in ii. q. in l. i. col. pen. C. de conuen. fiſc. debit. colũ. pen. Iac. de Beluiſ. & poſt eum Ang. in §. ſed neque in auth. de fideiuſ. & in d. l. exitus. & in l. ii. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. ii. ff. ſi quis commiſ. cau. reſt. & in d. auth. hoc ſi debitor. Bal. in l. niſi hoc actum. ff. de pact. Ang. Aret. in §. ſi quis in fraudem, colum v. inſti. de actio. Soc. in conſi. lv. in i. colum. Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ, col. xxiiii. ver. Quarto dubio adduco, de conſtitu. & in cap. cùm olim, col. viii. de re iud. Hippoly. in rub. de fideiuſ. in fi. & ſeq. Roma. in conſi. ccxi. col. i. & in conſi. xciii. colũ. i. Corn. qui dicit iſtam eſſe * communem in conſi. cli. col. fin. volu. iiii.

volu.iiii.Cæpol.cautel.xxxvii.Aret.in conſi.cxxvi. colum. pen.& in conſi. xxix. colum.vi.Socin. in d. regula cxxxiiii.in v.limitatione.Abb.in conſi.xxix.in volu.ii. Iaſ.in d.§. ſi quis in fraudem,colum. xvii. Appoſtillator ad deciſ.Tholoſ.lxxx.& cxcvi.Deciſ.Neap.cccxviii. Iaſ.in §.Item ſiquis,col.xxxi.inſt.de actio.& col. ſequẽ. Feli.in c.cùm Bertholdus,col. x. de re iud. Beltrand. in conſi.ccxiii.col.ii.Deciſ.Neap.liiii.in nou.declarat primam eſſe communem opinionem,vt per Fel.in c.euidentia,de accuſat.Pariſ.in conſi.50. colum.vi. volu.i. & in conſi.lxxx.colum.viii.eo. volu. & colum. pen. in conſi. cvii.colum.fi.vol.iii.Grat. in conſi.xxxvii.col. iii.vol.i. & in conſi.lxxxvii.col.fi.eo.vol.& conſi lxiii.col.fi.vol. ii.Rui.conſi.clxxx.col.pen.volu.i.

Contrarium tamen tenet Iacob. de Butr. in d. auth. hoc ſi debitor.C.de pignor.Alex.in d.l.decima, colũ. ii. ff.de verb.oblig.Guid. Papæ quæſt. ccccxxxii.

Tenendo tamen primam opinionem communem,declara,quòd licèt ſit notorium,principalem nõ eſſe ſoluendo,tamen debet interuenire ſuper hoc ſentẽtia declaratoria,vt not.Roman.in conſi.ccxi.& in conſi.ccxli. colum.ii.Deci.in l fi.col.iii & ſeq.ff.ſi cert.pet. Alexan. in d.l.decima.col.ii.Purpurat.in l. ex conuentione, colum.vii.C.de pact.Pro qua declaratione facit, nam licèt ex relatione nuntiorum appareat debitorem nõ eſſe ſoluendo,& ſic ex actis conſtet,illum non eſſe ſoluẽdo, quę acta inducunt notorium, tamen requiritur iudicis pronuntiatio ſuper excuſsione,vt not.Bart.in l.ſtipulatio.§.habet.ff.de oper.nou.nunt.& ibi Ang.& ibi Rom. & Iaſ.in ii.col.& ſeq.& Bart.in §.ſed neque,colum.ii. in auth.de fideiuſ.Bal.& Salic.in d.auth. hoc ſi debitor. & iidem.in authen.ſed hodie.C.de actio.& oblig.Bal. in l. ſancimus.§.i.col.ii.C.ad trebel.Ang.in d.§.ſed neq; ,in authen. de fideiuſſ. Raphael Cum.Rom. Paul. de Caſt. Aret.& Alex.in d.l.exitus.Raph.Cum & Paul.de Caſt. in d.l.decima,& ibi etiã Alex.col.ii.Rom. in cõſi.xciii. in fi.Alex.in l.fi.in i.col.ff ſi cert.pet.Claud.in d.l.exitus,

tus,in princ.Marian.in tract.citat.colum.xiii.Aret. in d. §.Item ſi quis in fraudẽ,colum.vii.& ſeq inſt. de actio. Idem tenet Bald.in l.tutores.ff. de autorit. tuto. Rom. in conſi. ccxxiiii.colum.ii.Georg. Natta in clem. ſæpe, in prin.colum.lxxxix.de verb. ſig. Contrarium verò in hoc,ꝙ non requireretur iudicis pronũtiatio,tenuit Iacob.Butrig.in d. authẽ.hoc ſi debitor.C.de pignor. in l. ſancimus.C.ad trebel.Iacob.de Aren.in tract.diſcuſsionum.Imol.& Paul. de Caſtr. in l. ſtipulatio.§. habet.ff. de oper.nou.nũc.Ang.& Imol.in d.l.exitus.ff.de acquir. poſſeſſ.& Ang.in l.ita ſtipulatus. §. quod ſi ab initio.ff. de verb.oblig.& in d auth.hoc ſi debitor. Bald. in l.i.C. de condit.ex lege.Corn.in conſi.cix.volu.i.Io.de Imol. in d.l.decima.Bened. verò de Plum. diſtinguit in l. libertis.ff.de liber.cau.cuius diſtinctionem refert Alexá. in d.l.exitus.ff.de acquir.poſſeſſ.& dicit Grat.conſ.lxiii. colum.fi.volu.ii.ꝙ ſufficit præſumptiuè conſtare, principalem non eſſe ſoluendo, & hoc notorium eſſe, vt puta per æſtimum.

Sextò limita,ſi non fieret oppoſitum, quia procedit iudicium parte non opponente.glo·Bart. & Raph. Cuma.in l.ſi mancipium.ff.de euict.Bart. in finalibus verbis & Paul.de Caſt.in l.fi.ff.ſi cert.pet.& Bart. in d. authen.hoc ſi debitor in fi.Iacob.de Are. in tract. diſcuſſ. Bart.& Ang.in §.ſed neque,in auth.de fideiuſſ. Bald. in l.cum teſtamento.C.de teſtam.manumiſſ.Iaſo. in l. patre furioſo,colum.pen.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Alex.in conſi.xxix.colum.antep.volumi.vii.& in conſi. xxxi.colum.i.volu.iiii.Corn.in conſi.lxxxv.colum.fin. volu.iiii. Bald. & Paul.in l.ii.C.commun.diuid.Soc. in regula cxxxiiii.in vi. limitatione. Bald. in l. prima. C. de conueni. fiſc. debit. in iii. colum. Angel. in dicto §. Item ſi quis in fraudem. colum.iiii. & ibi Iaſo. colum. xx.Bald.in authen.contra rogatus, in fin. C. ad Trebel. Petr. de Anchar. in conſi. ccxciiii. & in conſi. cccxvii. Guid.Papæ quæſt.xciiii. Deciſi. Tholoſ. lxxxi. Pariſ. in conſi.cix.colum.pen.in fin.& ſequen.volu. iii. Immo ẽt

ſi pars

ſi pars oppoſuit, & actor replicauit, & iudex conſenſit ad vlteriora,iudicium non eſt nullum, vt nor. Paul. de Caſt. in d.l.fin.colum.ii.ff.ſi cert.peta. Socin. in regula cxxxiiii.in vi.fall.Corn.in conſi. lxxxv.col.pen.& fina. vol.iiii.tamen etiam ꝙ non fuerit aliter oppoſita exceptio diſcuſsionis,nō poteſt deueniri ad capturam perſonæ,Alex.in conſi.clviii.col.fi.vol.ii.

Septimò limita, niſi agatur contra commodatarium vel depoſitarium rei hypothecatæ, quia tunc non eſt primò excutiendus debitor principalis: ita Ang. in authen.de fideiuſſ.§.ſed neque. Salic.in d.auth.hoc ſi debitor in 7.quæſtio.Soc.in regula 134.in 7. limitatione, & ratio iſtius fallentię eſt,quia iſti non poſsident, ſed debitor principalis poſsidet: ut in comodatario eſt tex.in l.cōmodatæ rei.ff.comoda.in depoſitario eſt tex.in l.licet,in.§.rei.ff.depoſiti.

Octauò fallit, vbi habet res extra territoriū debitor principalis,quæ de facili haberi non poſſunt, quia tunc non eſt primum iſte excutiendus,ita tenet Ang.in auth. de fideiuſſ.in d.§.ſed neque.Soc.in d.regula cxxxiiii. in viii limitatione.Idem tenet Bald.in d.l.fin. in princ. in fi.colum.ff.ſi cert.pet.Alexand.in conſi.lxxxiiii.colum. fina.volu.iii.Lud. Bolog.in conſi. xviii. in fin. Hippol. in ſingu. ccxx. vel eius perſona abeſt, vt per Bald. in l. prima colum.ii.C.de conuen.fiſc.debit. lib.x. Hipp. in rubr.de fideiuſ.col.iii.Capel. Tholoſ.deciſ.cxcvi. & ibi Appoſtil. Pariſ. conſi. lxxx. colum. viii. volumi. i. Vel vbi habitat in alio territorio. Grat.in conſi. xxviii. colum.ii.volu.i.

Nonò fallit,vbi bona principalis debitoris ſunt fortelitia & caſtra, quæ facilè expugnari non poſſunt, per glo.in l.ii.ff.qui ſatiſd.cog.& ita tenet Ang. in d.§. ſed neque,in auth.de fideiuſſ.Bart.& Paul.de Caſt. in d.l.ii. ff.qui ſatiſ.cogant.vbi etiam Bald.idem tenet & Alex. & Soc.in d.regula cxxxiiii.in ix.fall. Alex. in d.l. decima,col.ii.ff.de verb.oblig.Appoſtilla magna ad Abb.in c.ii.de fideiuſſ.

Decimò

Decimò fallit,vbi principalis debitor eſſet rixoſus, adeò quòd facilè exigi non poſſet,ita notant Ang. Raphael & Alex.in d.l.ii.ff.qui ſatiſd.cog.vbi etiam Iaſo. Soc.in d.regula cxxxiiii.in x.fall.Deci.in d.l.fi. col. iii. poſt Ang.& ibi Rom.& Iaſ.in fi.colum.ff.ſi cert. pet. & Ang.& Alexan.in d.l.decima.ff.de verb. oblig. colū. ii. Hipp.in rub.de fideiuſſ.col.iii.Appoſtil. ad Alex. in d. l.ii.Iaſ.in l.ii.in prin.col.vii.ff.ſolu.matr.& in §. item ſi quis in fraudem,colum.xvii.inſtit.de actio.Capel.Tholoſ.deciſio.cxcvi.& ibi Appoſtil.Guid. Papæ in ſingula. DCCXVII. Grat. in conſi.lxxxvi,colū.i.volu.i.Et per hoc infertur, idem eſſe in eccleſia, quę facilè conueniri non poteſt,appoſtilla magna in c.ii.de fideiuſ.ad Abb.

Vndecimò fallit, vbi per vnū è creditoribus facta eſt diſcuſsio, quia non eſt neceſſe, quòd per alios fiat, ita Iacob.de Aren.& Ang.in auth.hoc videbitur.C. de pignor. Soc.in d.regula cxxxiiii.in xi.fall.Ang.Aret.in d. §.Item ſi quis in fraudem,col.viii.

Duodecimò fallit,ſi cauſa ſit commiſſa iudicanda ex bono & æquo,vel ſecundum veritatem,vel non receptis ſolemnibus iuris communis,vel ſummariè & ſine figura iudicii. Bald.in l.ſi mancipium.§.i.ff.de euict.Roman.in conſi.ccccxxx.Angel.Aret.in d.§.Item ſi quis in fraud. col.ix.& ibi Iaſ.col.xxxiii.& ſeq.Alexan.in conſi.lviii. volu.v.col.ii.Appoſt.ad Capel. Tholoſ. deciſio. cxcvii. Soc.in conſi.xxiiii.col.fi.Hipp.in rub.de fideiuſ.col.iii. Deci.in c.ex parte,el ii.colum.ii.de offi.deleg.Alexā. in conſi.cxxiiii,col.fi.vol.vi.Aret.in conſi.cxxvi. col. fina. Soc.in regula cxxxiiii . in xii. limit. Appoſtilla magna ad Abb.in d.c.vi.de fideiuſ. vbi diſtinguit. Boer. deciſ. ccxxi.nu.xiiii.& ſeq.Grat.conſi.lxxxvii.col.fin.volu.i. qui loquitur, quando proceditur veritate inſpecta. & conſi.lxiii.col.fin.volu.ii. qui loquitur quando proceditur ſine ſtrepitu & figura iudicii. Contrarium, Corn. in conſi.lv.colum.pen.volu.iii.Decius in l.fin.i.char. in fi.ff.ſi cert.peta.Georg.Natta in clem.ſępe col.lxxxviii. & in §.non ſit,colū.xxxi.& ſeq.Aret.in c. dilecti, in iii. col.

colum.de iudi.Purpur.in l.i.colum.vi.C. de tranſact. in l.ſingularia,colum.xx.ff.ſi cert.petat.Claud.in l.ſi conſtante,colum.viii.ff.ſol.matr.vbi etiam Iaſ.col. xxxiiii. Feli.in c.i.colum.xviii.de conſti.Ex quo infertur alia limitatio,quòd procedit exceptio excuſsionis de iure canonico ſecundum Iaſ.licèt non ſe firmet in d. §. Item ſi quis col.xxxiii.& ſeq.

Decimotertiò fallit, vbi quis promiſiſſet & iuraſſet facere,quòd aliquis ſoluat,& eo non ſoluente ipſe promiſit ſoluere de ſuo, quia in tali caſu nõ requiritur excuſsio,ita declarat Bal.in c.ex reſcripto,de iureiu.Alex. in conſi.xxxi.in fi.volu.iii.Alex.in d.l.fi.colum.iiii.ff.ſi cert.pet. per Appoſtil,magnã ad Abb.in c.ii. de fideiuſ. Gozad.in conſi.xxxii.colum.ii.vide ſupra in limitatione prima. Contrarium,Deci.ibi colum.iiii. Guid. Papæ in ſingu.DXI.

Decimoquartò fallit, vbi quis ſe obligat animo nouandi obligationem principalis debitoris. Bald. in l. in perſonam.§.fin.ff.de pact. in l. antiquæ.§.i. C. de ſenatuſcon.Velleia.Appoſt.ad Deciſ.Tholoſ.xxiii. & cxcvi. Alex.in conſi.xxxi.colum.pen.vol.iiii.& in cõſi.xxxiii. eo.volu.Curt.in conſi. vi.colum.i.Deci.in d.l.fi.colum. iiii. & ſeq.ff. ſi cert.petat. Paul.de Caſt. in l.ii.§.i.ff.de duob. reis. Rom.in conſi.ccxi.colum.i. Et an fideiuſſor qui ſe obligat animo nouandi,dicatur amplius fideiuſſor,vide glo.in verbo accedat, in authen. de fideiuſſ. in princ.Iaſ.in conſi.lviii.colum.pen.volu.iii.

Decimoquintò fallit,vbi quis fideiuſsit pro debitore naturaliter tantùm obligato, vel erat in poſſeſsione tertius rei hypothecatæ pro debito naturali tantũ, ita dicit Dyn.& poſteà Bart.in l. Marcellus, circa fin.ff. de fideiuſ.& ibi Ang. & Paul.de Caſt & in l iii.§. ſi is pro quo.ff.quod quiſque iur.Bald.in l.i.colum.iiii.C. de cõuen. fiſc.debit.lib.x.colum.v.Iaſ.in l.fi.col.fi. ff. ſi cert. peta.& in l.ſi ſeruum.§.nunc videamus.col.i.ff.de verb. oblig.Salic in auth.ſed hodie.C.de actio.& oblig. Appoſtil.ad Deciſ.Tholoſ.cxcvi.

Decimo-

Decimoſextò fallit, vbi creditor vellet vti compenſatione contra fideiuſſorem, quia tunc non eſt neceſſaria excuſsio,ſicut dicit Bal.in l.exceptiones.C. de euict. quòd ad repellendum fideiuſſorem ope exceptionis,vbi creditor eſt in poſſeſsionem non eſt neceſſaria excuſsio, & iſtam limitationem ponunt quidam Moderni in cap. peruenit, de fideiuſſor.Appoſtil.magna ad Abb. in c.ii. eod.titu.fuit dictum Bald. quem ipſi non allegant in l. i.colū.iiii.C.de conu.fiſc.debit.lib.x.verſi. Item quęro, qui declarat qualiter hoc intelligatur.

Decimoſeptimò fallit,vbi fideiuſſor vel pignorū poſſeſſor impediuit diſcuſsionem fieri contra principalem, quia ſi poſteà ipſe conueniatur,non poteſt amplius ipſe obiicere de diſcuſsione non facta contra principalem, ita limitat Hippoly. in rub.de fideiuſſ.col.iii. & ſeq.

Decimooctauò fallit in fideiuſſore qui negauit ſe fideiuſsiſſe, vel in tertio poſſeſſore,qui negat ſe poſsidere, quia non poteſt amplius tanquàm fideiuſſor opponere exceptionem diſcuſsionis.Bald. in authen. contra qui propriā,colum.ii.in fin.D.de non nume.pecu.Bart. Angel. Imol.& Paul.de Caſt.in l. ſi dubitet,§.i.ff. de fideiuſſ.Iaſ.in l.i.colum.iiii.C.de tranſact.Alex.in l.etiā. §.licèt in dotalibus.colum.iii.ff.ſolut.matr.Hippoly.in rubr.de fideiuſſ. colum.iiii.& lxxv. Iaſo. in d. §. Item ſi quis in fraud.colum.xxxiiii. Claud.in l.exitus col .ii.ff. de acquir.poſſ. Specu.in tit.de renunt.& cōcluſ. in prin. col.ix.ver.Item ceſſat. Appoſtil.ad deciſ.Tholoſ.lxxx.& cxcvi. Grat.conſ.clxiii.col.fi.volu.ii.

vi. j. fol. 41. lim. ut nota quia.

Decimononò fallit, vbi pendēte iudicio debitor principalis qui non erat prius ſoluendo, effectus fuerit ſoluendo,nam adhuc excuſsio non requiritur contra debitorem principalem, quia ſatis eſt ꝙ à principio inchoati iudicii fuerit non ſoluendo. Petr. & Cyn. in authen.præſente.C.de fideiuſ.& in l.excuſantur.ff. de excuſ.tuto. Sali.in auth.hoc ſi debitor,in pen.& fi. col. C. de pignor. Bal.in l.peremptorias,in fin.colū.C. ſenten. reſcin.non poſ.Bald.Paul.de Caſt.in d.l.fi.ff.ſi cert.pet.

& ibi

& ibi Deci.col.fi.Crem.in ſing.cxxxvi. Contrarium ſumitur ex dictis Bart.in l.i.colum.iii.ff.de excep.Iacob. de Beluiſ.tenet hoc expreſsè in §.ſed neque,in auth. de fideiuſ.in vlt.quæſt.Ray.& Iacob.de Arena in d.authen. præſente. Rom.in l. ſtipulatio.§.habet.ff.de oper. nou. nunt.Alex.in l.fi.colum.fi.ff.ſi cert.pet.& in l. ſi mulier, col.i.ff ſolu.matr.vbi etiam Iaſ.col.vi.Socin. in regula cxxxiiii.in v.fall.Hipp.in l.ſi quis ne quæſtio. col.xi.ff. de quæſtio.Alex.in conſi.100.col.fi.volu.v.

Vigeſimò fallit,vbi certa res debetur,quia poteſt agi hypothecaria ad illam rem,etiam alienatam in extraneos poſſeſſores,non facta excuſsione contra principalem,ita Bald. in rub. C.de reuocan. his quæ in fraud. cred. colum.i.poſt princ.refert & ſequitur Angel.Aret. & Iaſ.in d.§.item ſi quis in fraudem,colum.xxxvi. inſti. de actio. Ang. Aret. in §.in ſeruiana colum. antep. eod. tit. Sed contrarium tenet Claud.in d.l.exitus.ff. de acquir.poſſ.col.ii.

Vigeſimoprimò fallit, vbi creditor poſsidet pignus, quia non poteſt ab eo euinci,qui prætẽdit ius in eo ſub prætextu,quòd poſsit debitorem principalem diſcutere,vt notant Bald.in l.exceptiones.C.de euict. Claud.in d.l. exitus in fi.

Vigeſimoſecundò fallit in hypotheca legali,cuius virtute poteſt res hypothecata peti à tertio poſſeſſore,etiã nulla facta diſcuſsione contra principalem debitorem. Ang.Aret.in d.§.In ſeruiana colu. antep.vide Bal.in d. l.i.col.ii.C.de conuen. fiſc. debit. lib.x. Sed contrarium tenet Claudius in d.l.exitus.

Vigeſimotertiò fallit in fideiuſſore, qui ſe obligauit per publicum inſtrumentum guarentigiatum,quia non poteſt opponere exceptionem diſcuſsionis contra principalem.Cyn.in l.i.C.de confeſſ.Bal. in l.i.ff. qui ſatiſd. cog.Soc.in conſi.xxiiii.colũ.fin.Ang.& Paul.de Caſt.in l.ſi dubitet.§.i.ff.de fideiuſſ.

Vigeſimoquartò fallit extincta ciuili & naturali obligatione in perſona debitoris principalis, quia tunc nõ

poteſt fieri excuſsio contra eũ.Rom.in conſi.xciii.col.i.

Vigeſimoquintò fallit in fideiuſſore iudicatum ſolui,quia talis nõ poteſt opponere exceptionem diſcuſsionis,vt per Bal.in l.i.in ii.lect.ff.qui ſatiſd.cog. in l. cũ eorum.C.de ſent.& interloquut.om. iud. Contrarium, idem Bald.in l.fi.§.i.in i.col.col.in fi.C.de vſur. rei iud. Alexan. in appoſtil.ad Bart.in rub. ff. iudicatum ſolui. Rui.conſi.xcviii.col.fi.vol.v.Item de iudicio ſiſti. Appoſtil.ad deciſ.Tholoſ.cxcvi.Idem de fideiuſſore indemnitatis.Caſſanæ.in conſuet.fol.ccxviii.col.iii.

Vigeſimoſextò fallit,ſi renuntiatum ſit beneficio diſcuſsionis,vt not.glo.in verbo accedat,in authen. de fideiuſ.in prin.Specu.in titu.de renunc.& cõcluſ.in prin. ver.viſo.& Ioan.Andr.in addit.circa fi. & in verſi. Ceſſat.Appoſt.ad deciſ.Tholoſ.xxiii.& deciſ.cxcvi.Caſſan. in conſuet.fol.ccxvii.colum.iiii.& ſeq.Bal. in auth. præſente,in fi.C.de fideiuſ.Rom.in conſi.cccxcii. colum.ii. Corn.in cõſi.cix.volu.i.Deci.in l.fi.colum.iiii.ff.ſi cert. petat.Abb.in c.ii.colum. pen.de fideiuſ. Aret. in conſi. xxxiii.colum.pen.Paul.de Caſt.in l.ſi dubitet.§.i. ff. de fideiuſſ.Hippol.in rub.de fideiuſſ.colum.ii Appoſtil. ad deciſ.Tholoſ.lxxx.Roman.in conſi.ccxi.colum.i.vbi ẽt ponitur in fideiuſſore indemnitatis renũtiante, de quo etiam per Deci.in d.l.fi. colum ii.ff.ſi cert.peta. Et prædicta renunciatio intelligitur facta etiam per illa verba Renuntiauit omni iuris & legum auxilio.Alex. in cõſi. xxxi.& in conſi.xxxiii.volu.iiii.Iaſ.in l.fin.colum.ii.ff. ſi cert.petat.Bald.in l.i.colum.ii.in fin. C. de conu. fiſc. debit.lib.x. Declara,vt per Ruin.conſi.xcviii. colum.fi. volu.v. Sublimita in fideiuſſore indemnitatis, qui dato quòd renuntiauerit excuſsioni, non poteſt conueniri ante principalem debitorem.Hippoly. in d. rub. de fideiuſſ.colum.v. Amplia, vt etiam procurator renunciare poſsit,quia communiter ſolet renuntiari.Caſſanæ.in conſuet.fol.ccxvii. col.iiii. Amplia, vt in inſtrumento non extenſo ſit comprehenſa reuũtiatio iſtius exceptionis,ſi in eo ſunt illa verba Renuntians &c.

Vigeſimo

Vigeſimoſeptimò fallit, vbi cāpſor fideiuſsit vel mercator, quia tales non poſſunt opponere beneficium excuſsionis, glo. per illum tex. & ibi Ang. in fi. col. in §. argentariorum in auth. de fideiuſ. Bal. in l. fruſtra. C. de nō numer. pecu. in l. fi. C. ad l. falcid. Ang. Aret. in §. Item ſi quis in fraudem. colum. ix. inſti. de actio. Ang. in l. fideiuſſor, in §. pater Seii. ff. de pignor. Natta in clem. ſæpe in princ. colū. lxxxviii. de verb. ſignifi. Curt. in conſi. vi. colum. i. Deci. in l. ſi. col. iiii. in fi. ff. ſi cert. pet. Hippol. in rub. de fideiuſſ. col. ii. Appoſtil. ad deciſ. tholoſ. cxcvi. Caſſan. in conſuet. fol. ccxviii. colum. ii. Boer. deciſio. ccxxi. nume. xiiii.

Vigeſimooctauò fallit, vbi quis ſe obligauit pro alio principaliter. Bald. in l. i. colum. pen. C. de conue. fiſc. debit. lib. x. Grat. conſi. lxxxvii. colum. fin. volu. i. Appoſtil. ad deciſ. tholoſ. xxiii. & Alexan. in conſi. xxxi. in fi. colum. volu. iii. intelligunt in eo tempore ſecus in diuerſis temporibus. & ita debet intelligi quod not. idem met. Alex. in l. vbi §. illud. ff. de verbo. obligat. & Abb. in c. ii. de fideiuſſ. colū. pen. Guid. Papæ quæſtio. ccccci. tenet, quòd talis habeat exceptionem diſcuſsionis, & deciſ. Tholoſ. lxxx. & ibi appoſtil.

Vigeſimononò fallit, vbi aliquis promiſit ſe ſoluturum, quòd alius debebat, pro quo debito erat facta principali debitori exequutio, & pignora capta, & vt creditor conſentiret relaxationi bonorum, alter promiſit ſe ſoluturum, ita declarat Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de renunt. & concluſ. in appoſtil. in verbo ſponſoribus, ex quo infert Bertach. in ſuo indice in verbo Diſcuſſio, idem eſſe ſi quis promiſit quòd debitor principalis carceratus relaxetur.

Trigeſimò fallit, vbi res hypothecata deuenit ad vnū ex debitoribus principaliter obligatis, quia tunc conueniri poteſt hypothecaria, non facta diſcuſsione contra alios. glo. in l. mulier. ff. qui pot. in pign. habeant. & ibi Bart. in l. creditor. §. quæritur. ff. de diſtract. pignor. Bal. in authen. ſed hodie. C. de actio. & obligat. Roma. in

conſi.cccxcii.colum.ii.Iaſ.in d.§. Item ſe quis in fraudem,col.xix.& ſeq.

Trigeſimoprimò fallit in pignore prętorio, in quo nulla facta diſcuſsione poteſt agi contra tertios poſſeſſores. Alex.in appoſtil.ad Bart.in l.i.ff.de pignor.actio. Sequitur Berthach.in ſuo repert.in d. verbo Diſcuſsio Aret.in d.§.item ſi quis in fraudem,col.vi.Iaſ.in §.item ſeruiana,col.ii.inſti.de actio.vbi Gomeſ. col.i.

Trigeſimoſecundò fallit in fideiuſſore in cauſa criminali,quia poteſt fideiuſſor conueniri nulla facta diſcuſſione.Bal.in l.ii.§.ſi quis.ff. qui ſatiſd. cogant. Bertach. ſequitur in loco prællegato. Afflict. ſuper conſtitu. fol.cvii.colum.iiii.

Trigeſimotertiò fallit,quia talis exceptio diſcuſsionis opponi non poteſt de iure canonico.Iaſ. in d.§. item ſi quis in fraudem,colū. xxxviii.Hiſpan.in cap. per veſtras, char. xxii. colum. iii. de donatio.int. vir. & vxor. Grat.in conſi.xxxvii.colum.iii.volu.i.& conſi. lxxxvii. colum.fi.eo.volu.Iaſ.in l. aliena.in i.colum.in fin.C. de procuratoribus. Et not. quia prius deuenitur ad fideiuſſorem debitore principali non exiſtente ſoluendo, quàm contra tertium poſſeſſorem rei hypothecatæ, niſi in caſu in quo per Ang. vbi ponitur regula & fall. in l. ſi quis miſſum.§.fi.ff.de damn.infect. Et ſi diſcuſsio primò facta,non ſit plenè facta,debet fieri ſecundò, vt per Guid.Papæ in ſing.DCLXV. Item nota, quòd in omnibus caſibus non fit diſcuſsio contra principalem, de quibus dictum eſt in limitationibus, cùm poſſet dicere is ad quem non peruenit pecunia, excute ſumptibus meis & meo periculo illum ad quem peruenit pecunia,& ille tenetur hoc facere.Paul. de Caſt.in l.ſi vt certo.§. ſi duobus vehiculum.colum.iiii. ff.comodati. Roma. in conſi. cxiiii.col.i.Appoſtil.ad Abb.in c.ii.de fideiuſ.Hippoly. in rub.de fideiuſſ.col.viii. Contrarium,Bal.in finalibus verbis in l.i.C.de conu.fiſc.debit. lib.x. Contard. in repet. l.diffamari,nu. cxxix. vbi declarat. C. de ingen. & manumiſ. Item adde, quòd facta excuſsione & reper-

tis

tis bonis debitoris,qui tamen facilè vendi non poſſunt, vt ex earum diſtractione ſatisfiat creditoribus, poteſt conueniri fideiuſſor, ac ſi non eſſet repertus ſoluendo. Hipp.in d.rub.de fideiuſſ.col.iiii.Item excuſsio in perſona hæredis principalis debitoris requitur,vt fiat nõ modò in bonis authoris,ſed etiam proprii hæredis. Alexã. in conſi.100.col.pen.vol.v.

Trigeſimoquartò limita,quia hypothecatis nominibus debitoris poteſt agi hypothecaria contra debitorẽ debitoris,& non excuſſo principali debitore.Guid. Papæ in ſing.cccvi.& ſing.DCCCXXII.

Trigeſimoquintò limita,niſi bona rei eſſent apud fideiuſſorem, Appoſtil.ad deciſ.Tholoſ.cxcvi.

Trigeſimoſextò limita ſtante conſuetudine vel ſtatuto.Caſſanæ.in conſi.fol.ccxviii.col.i.

Trigeſimoſeptimò limita in fideiuſſore facti,nam nõ competit exceptio excuſsionis.Bal.in l.i.col. iii. C. de conuen.fiſc.deb.lib.x.

Trigeſimooctauò limita fideiuſſore opponente excuſsionem vel præparante fugam, vt per Bald. in loco præallegato.

Trigeſimononò limita in ſaluiano interdicto in quo non requiritur excuſsio,vt deueniatur contra poſſeſſorem pignorum.Soc.in conſi.lxxx.col.ii.vol.iii.

Quadrageſimò limita,quando pater tenetur pro filio ex forma ſtatuti, quia non debet filius prius diſcuti. Hippol.in l.infans,col.vii.ff.ad l. corn.de ſicar. Appoſt. ad deciſ. Thol.cxcvi.Boer. deciſ.ccxxi.

Quadrageſimoprimò limita, ſi principalis monitus poſtquàm fuerit in mora conſtitutus, quia non eſt neceſſarium facere diſcuſsionem de hæredibus debitoris, vt poſsit deueniri contra tertios poſſeſſores. Appoſtil. ad deciſ.Tholoſ.cxcvi.

Et not.quia ſi facta diſcuſsione ex principali nõ reperto ſoluendo ſuperueniunt ſibi bona, tunc iterum eſſet facienda diſcuſsio contra principalem.Hippol. in d. rub.de fideiuſſ.col.v.Et ſi creditores eſſent negligentes

in excutiendo principalem,& poſtea ſuperueniat iterũ inopia, poſſeſſores non poſſent moleſtari. Iaſ.in d.§. Itẽ ſi quis,col.lix.inſtit.de actio.

Quadrageſimoſecundò limita, quia non fit excuſsio contra vnum ex hæredibus ad quem totus fundus hypothecatus peruenit,non excuſsis aliis hæredibus pro eorum portionibus.Crem.ſing.clxiii.

Quadrageſimotertiò limita,quia non fit diſcuſsio, ſi res peruenit ad condebitorem pariter obligatum. Iaſ. in §.Item ſi quis, colum.xl. & excuſsio facta per vnum ex creditoribus prodeſt aliis.idem Iaſ.ibid.col.xlii.

Quadrageſimoquartò limita,ſi ille ad quem res peruenit,ſciebat rem illam eſſe alteri ſpecialiter obligatã. Aymo in conſi.lxxvii.colum.iiii.

Quadrageſimoquintò limita,ſi debitor poſsidet.Rui. conſi.clxxx.col.pen.volu.i.

CONCLVSIO
Et Regula. XLII.

ARGVMENTVM.

Legitimæ nullum imponi poteſt grauamen.

IN legitima nullum poteſt apponi grauamen & appoſitum reiicitur.l.quoniam in prioribus.C.de inoffic. teſta.& in legitima parentũ etiã procedit. Guid. Papæ q. cccclxxviii.

Primò amplia,etiam ſi conditio ſit poteſtatiua & facilis,vtputa,ſi voluerit,vt tenet Bal.in d. l. quoniam in prioribus,in i.col.& Iaſ.in l.ampliatione. Imol.in l.iam dubitari.col.pen.ff.de hęred.inſtit.& in l.ſi.col.vii.ff.de condit inſtit.Caſſanæ.in conſuet.fol.ccxliiii. colum.iii. Contrarium,Gual.cautel.i.de lib.inſtit. vbi dicit iſtam partem * communem.

Secundò amplia,vt etiam ſi tota hæreditas ſit relicta cum

cum onere,quia adhuc quantũ ad legitimam tale onus reiicitur, per text. in l.ſcimus.§.cum autem, & ibi not. Fulg. Paul. de Caſt.& Iaſo.hic in ſecunda ampliatione. Corn.in conſi.cvi.in princi.volu. ii. Caſſan. in conſuet. fol.ccxliiii.col.iii.Idem,ſi ſit relictus inſtitutus omniũ bonorum,quia omnino pro rata legitimæ ceſſat legatũ vſusfructus.Maria.Iun.conſi.cix.colum.i. & ſeq.

Tertiò amplia,etiam ſi onus ſit viciſsitudinarium,vt quòd vnus ſit reciprocè ſubſtitutus, adhuc talis ſubſtitutio reiicitur de legitima filii,& ſic diſpoſitio l.ſi pater puellæ.C. de inoffi.teſtamen.quantùm ad hoc eſt hodie correcta per diſpoſitionem iſtius l. quoniam in prioribus,& ita tenet glo.Bart.Salic.Paul.de Caſt.& Iaſ.in d. l. ſi pater puellæ,& gloſ.in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pupil.& Bar.in l.filiis matrem.C.de inoffi.teſt. Alexan. in conſi.xliii.in fi.col.volu.ii.

Sed contrarium tenuit glo.in d.l. quoniam in prioribus.Ricard.Malumb.Rapha.Fulg.& Cum.in d.l. ſi pater.C.de inoffi.teſtam.Azo in ſumma de inoffic.teſtam. Georg.Natta in cap. quanuis colum.xli. de pact. in vi. Deci.in conſi.cccclvi.col.iii.ver.non obſtat quod videtur onus.Hiſp.in repet.rub.de donat.int.vir.& vxo. fol. lxxxvii. col.i. & ſeq. ſentit iſtam partem, tamen prima opinio eſt ✱ communis.

Quartò amplia,vt talem legitimam petere poſsit ſine aliquo onere,etiam quòd conſenſerit teſtamento, in quo patet ꝙ legitimã oneratam ſibi reliquerit; vt per Soc.in conſi.ccxxx.Petr.de Anch.cõſi.clii.col.iii. Sign. Homod.conſi.lxxxi.col.ii.Deci.in conſi.cclvii.col.fina. ſentit Curt.conſi.x.colum.i.in fi.& ſeq. etiam ſi approbatio ſit iurata.Guliel.de Cun.in l. ſi quando.§.& generaliter.C.de inoffi.teſt.& eſt ✱ communis opinio,dicit Roman.in l.i.§.ſi quis ita,colum.fin. ff. de verb.obliga. Aret.ibi in ver. Et quia hic moderni. Et in iurata promiſsione ponit Homod.conſi.lxx.colum.ii.Pariſ. conſi. xliii.colum.i.volumi.iii.Beltrand.in conſi.ix.colum.ii. vol.i.& xxviii.colum.ii.& ſeq.& lxiii.colum.fi. & ccix.

colum.ii.volu.ii.& lxviii.col.pen.& lxxiiii.col. iiii. eo. volu.ii. Contrarium, Maria. Iun. conſi.cxxxvi.col. pen. volu.i.Ioan.Ant.Alex.conſi.xliii.col.iii.& ſeq. qui loquitur quando interuenit iuramentum, & conſi.lxxiii. col.i.in fi.Deci.conſi.xxvi.colum.ii.Ripa qui dicit communem conſi.vi.col.iiii.volu.i.

Quintò amplia, etiam ſi dictum ſit, quòd plus petere non poſsit. Caſſan. in conſuet. fol. ccxliiii. colum. iiii. Deci.in conſi.DClxviii.Beltrand.in conſi.lxiii.colum.ii. volu.i. Amplia etiam, ſi dicatur plus non poſsit petere, etiam occaſione legitimę, & filius ſimpliciter accipiet, vt per Beltrand.in conſi.cliii.col.xvii.vol.iii.Loffred.in conſi xvii.col.xii.

Sextò amplia, etiam ſi filius debeat reſtituere hæreditatem ad pias cauſas. Deci.in conſi.DClxxxviii.

Septimò amplia, vt etiam prohibitio alienationis de legitima reiiciatur. Beltrand.in conſi.cxcvii.in fi.volu. i.& in conſi.clxxiii.col.vii.volu.iii.

Octauò amplia, vt ſi ſtatuto caueatur, maritum dotẽ lucrari, tamen filiis patrimonii legitima pręſeruatur. Zaſ.in conſi.v.volu.i.

Nonò amplia, vt non poſsit imponi conditio ſi nupſerit in legitima. Hiſpan.in c.per veſtras, char.lv. in col.ii. de donat.int.vir.

Decimò amplia, etiam in legitima aucta per ſtatutũ ad maiorem portionem, quia in tota illa portione retinet ſuam naturam, vt non poſsit imponi onus. Brun. in tract. quòd ſtant. maſcul. in colum. lvi. volumi. iii. & fol.cclxxxix.volu.i.

Vndecimò amplia, etiam ſi ſimpliciter accipiat patris diſpoſitionem, in qua filius ſit minus legitima conſequutus, vel cum onere. Pariſ.in conſi.xlv. colum. ii. volu.ii.in conſi.xlvi.col.i.volu.ii.Grammat. conſi. ciui. cxlv.colum.ii. Declara, vt per Pariſ.in conſi.xxxiii. col. pen.vol.iii.& in conſi.xliii.col.iiii.eo.vol.iii.

Duodecimò amplia, vt etiã per alimenta relicta nõ minuatur cõditio legitimę. Maria.Iun.in cõſ.xciii.co.fi.

Primò limita, quando conditio contineret filii prouiſionem & commodum, vt quia mater ſuſpecta de mariti diſsipatione filium ſuum inſtituat ſub conditione emancipationis, & ſic iuxta tex. in l. filiis matrem. C. de inoffi. teſtam. & in l. ſi emancipatus. ff. de bonor. poſſeſſ. cõtra tab. & in l. ſi quis in ſuo, d. tit. de inoffi. teſta. & ita tenent Bart. Bal. Salic. & Paul. de Caſt. in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pupil. & ibi Ang. & Imol. & Alex. dum voluit quòd quatenus prouiſio illius legis contineat filii prouiſionem non corrigatur. & iſtam limitationem ſequitur Alexand. in d. l. quoniam in prioribus, in appoſtil. ad Bart. Caſſan. in conſuet. fol. ccxliiii. col. iii. Gual. cautel. xvi. de leg. Contrarium tenet Bal. in l ſi pater, in iii oppoſit. C. de inſtit. & ſubſti. & in authẽ. ex cauſa. C. de lib. præter. in ver. Quartò pono, & dicitur de exhęredatis. & Iaſ. in l. filiis matrem. C. de inoffi. teſtamen. Sed quia prima opinio eſt magis * communis, ex ea infertur, quòd prohibitio alienationis etiam in legitima facta à parente cum cauſa, quia cognoſcit filium minus induſtrioſum, & non bene gubernantem res ſuas, quia dicitur continere filii prouiſionem, & fauorem, & non incõmodum, toleratur, nec de legitima reiicitur vt not. Paul. de Caſt. in conſi. lxxvii. in i. parte incip. Viſis in ii. col. quem refert & ſequitur Paul. Picus in l. in ſecundũ, col. xliii. ff. ad l. falcid. & defendit opinionem Paul. de Caſt. ab obiectis Aretin. qui contrarium tenet in conſi. xix. in iiii. colũ. Et iſtam opinionem contra Aret. tenet Ioan. Crot. in l. filiusfamilias, in §. Diui, colum. vi. ff. de leg. i. & ibi Iaſ. col. iiii. Ioan. Ant. Alex. in conſi. xxvii. col. i. in fi. & ſequen. & in conſi. xcviii. col. i. Ferrat. caut. xxxv. Ruin. conſi. cxxvi. col. v. vol. ii. Berous q. lxxxvii. ſentit cum Aret. Caſſan. in conſuet. fol. ccxliiii. col. iii.

Secundò limita in conditione turpi & impoſsibili de iure ſub qua fuiſſet filius inſtitutus, quia illa non reiicitur de filii legitima, hoc voluit Bald. in l. ſi pater, in i. col. C. de inſtit. & ſubſtitu. & ſequitur Paul. de Caſt. in l. conditio. ff. de condit. inſtit. & ſequitur. Iaſ. hic. Idem

tenet

tenet Corn.in l.iii.col.ii.C.de inſtit. & ſubſtit. Azo in ſumma in tit.C.de inſti.& ſubſti.Imol.in l.fi.col.viii.ff. de condit.inſtit.& in l.i.col.pen.eo.tit.Soc.in l.non dubitamus,ff.de condi.& demon.Iacob.de S.Georgio in d. l.ſi pater.C.de inſti.& ſubſti.& ibi Deci.col.fin.Soc. in conſi.xcviii.colū. iiii.volu.iii. Contrarium tenet Ioan. Crot.in cap. Raynutius,in iiii.char.in iii.colum.in fin. de teſtamen.

Tertiò limita,niſi filius repudiet legitimã, quæ perueniat ad ſubſtitutum.Paul.de Caſt.in l.cum patronus, in vtraq; lectura. ff. de leg. ii.& Iaſ poſt Paul. de Caſt. in d.l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſtam. vbi etiã Alex.in appoſtil.ad Bart. Iaſ. in l.ſi arrogator, colū.xi. ff. de adoptionib.

Quartò limita, niſi ſtatutum eſſet in ciuitate, quòd filia dotata non ſuccedat,nam ſtante tali ſtatuto,ſi filiæ relicta ſint mille pro dote,non poterit illa petere antequam nubat,nam cum ſtatutum poſsit minuere legitimam & in qualitate & in tempore, diſponendo quòd dotata non ſuccedat,& dotata non intelligatur, niſi matrimonio contracto, videtur voluiſſe ſtatutum diminuere legitimam in tempore,ita tenet Bart.in l.Titia.§.Titio genero.ff.de condi.& dem.& Paul.de Caſt.in d.l.qm̃ in prioribus.C.de inoffi.teſtamen.& in authen. nouiſsima,eo.tit.Raph.Cum.in conſi.cxxiiii. incip. Dominus Antonius de Vero.& in conſi.xlvi.incipien.Pater filiis. Franc.Aret.in conſi.xliii.in prin.incip. Placet mihi cõcluſio.Rom.in conſi.cxxxiiii. Alexan. in conſi. lxvi.in iiii.volu.incip.Circa præmiſſam conſultationem,& Iaſ. in d.l.quoniam in prioribus, & Alexan. in appoſtil. ad Bart.Georg Natta in clem.quanuis,colū.xl. de pact. in vi.Abb.in conſi.xcii.in ii.volu.diſtinguit,vt ibi per eū. Calcan.in conſi. xxvii.colum.ii.Caſſan. in conſuet. fol. cclxxxv.col.i.Pariſ.in conſi.cx.volu.iiii. Illa opinio poteſt ſaluari ſtante communi vſu loquẽdi.Brun. in tract. Quòd ſtant.maſcu. fol.lvii.colū. ii. Contrarium tenuit Ricard. Malum. in diſput. ſua quam refert & ſequitur

Cyn.& Bald.in l.ſancimus.C.de nupt.qui tenent, quòd ſtante tali ſtatuto,ſi pater relinquat filiæ infanti mille, ſi nupſerit,quòd illa mille ſtatim debentur filiæ, nō expectata conditione nuptiarum, quia ſuccedit loco legitimæ,quæ non recipit dilationem,& illam deciſ. ſequitur Ioan.And.in addit.Specu.in titu de teſtamen.ſuper rub.in ver.ſcire debes.& Alber.de Roſat.in ii.parte ſtatut.in quæſt.ciiii.incip.Adhuc eo eodem themate.Iaſo. in l.ſi pater,in pen.col.C.de inſtit.& ſubſti.Abb. in cōſi. xcii.in ii.par.Alexand.in conſi.lv.in ii.volu.incip. Viſo titulo.& in conſi.ccxi.volu.vii.Paul.de Caſt.in d.l. Titio.§.Titio genero.ff.de condi.& demon.& in conſi. vi. incip.Super eo de quo quæritur, in ii. parte, & in conſi. xv.incipien.Viſo dicto puncto in ii. parte Iacob. de S. Georg.in d.l.ſi pater.C.de inſtit.& ſubſti.Calcā.in cōſi. 50.colum.ii.Soc.in conſi. lxxv.colum.iii.vol iii. Alex. in conſi.xiii.col.iiii.volu. iii.Aret. in conſi. xliii. circa fi.Deci.in conſ.cvi.Iac.de Butr.& Bald.in d.l.quoniā in prioribus.Soc.in d.l.Centurio,colū.vi.& in antep.char. in vlt.col.Imol.in l.fi.in antep.colum. ff. de condit. inſtit.Ioan.Crot.in d.c.Raynutius,in i.gl.in ii.limitatione Calcan.in conſi.xi.colum.xiiii.& ſeq.Loffred.in cōſi. xxvi.& in x.col.videtur concordare opiniones contrarias.& licèt ipſe Paul.de Caſt.in conſi.ix.incip.Reſpondeo.& in conſi.ccxxv.incip. Pro euidentia,in ii.par. videatur inhærere opinioni Bart.in d.§.Titio genero, tamen ipſe loquitur ſecundum ſuam diſtinctiouem . Sed quando ſtatutum ſimpliciter dicit,filia ſtantibus maſculis non ſuccedat, non autem quando dicitur, vt in caſu Bart.filia dotata non ſuccedat. Alexand. in conſi. xiii. colum.iiii.volu.iii. Alber.Brun. licèt latè quæſtionem examinat in tract.Quòd ſtantibus maſculis &c. fol. lv. colum.iiii.& ſeq. An poſsit pater grauare filium, vt dos reuertatur ad maſculos,ſtante ſtatuto, quòd filiæ excludantur ſtantibus maſculis? Gual.cautel.v.de lib. inſtit. Brun.in d.tract.Quod ſtant.maſc.fol.lvii.col.iii. in fi. & ſeq. Limita ſecundum Albericum, quando filii legiti-

ma

ma eſſet grauata dupplici onere, quia eſſet relictum mi nus legitima portione, vt in illo relicto adhuc eſſet relicta conditio vel aliud grauamen. Sed contrarium tenet Paul.de Caſt.& Iaſ. in d.l. quoniã in prioribus,& idem videtur ſumi ex not.per Bart.in conſi. xiii. incip. Ex facto propoſito. col.i. dum reſpondet ad d.l.quoniam in prioribus,& dicit,quòd illa lex procedit,quando eſt relictum minus legitima, & ſub conditione remoueretur ſubſtantia diſpoſitionis, vt quia à patre relicta ſint filiæ veſtimenta vidualia vel centũ pro dote, quia in primo caſu,ſi tollas viduitatem, tollas ſubſtantiam diſpoſitionis.& in ſecundo ſi tollis matrimonium,tollis ſubſtantiam diſpoſitionis, ita tenet Ang. in d.l. ſi pater, in vlt.col.in lectura Floren.& Iaſ.in d.l.ſi pater, in penult. colum.& Soc.in l.Centurio,in finalibus verb.ff.de vulg.& pupil.& in conſi.xcii.colum.v.Ang.in l.ſuus quoque, in princip.& Imol.colum.ix.de hæred. inſti. Deci. in d. l.ſi pater.col.fin.C.de inſti.& ſubſti. Beltrand. in conſi. cxx.col.fi.volu.i.& in conſi.vii.volu.ii.Contrarium,Fabian. de Monte,in repetit.authen. nouiſsima colũ. lvi. C.de inoffi.teſtam.

Septimò limita,niſi conditio ſub qua poſthumus eſt inſtitutus viuo teſtatore purificetur.l. cum poſthumus, & ibi Alex.ff.de lib.& poſth.& ita tenet Bal. in l. ſi pater,in iii.oppoſitione,& in ix oppoſ.Paul.de Caſt.in iii. colum.& Alex.col.pen.& Iaſo.in x.col.C.de inſtitu.& ſubſti.& Iaſ.in d.l.quoniam in prioribus, in vii. limitatione,ſed iſta eſt potius limitatio ad d.l.ſi pater, in qua habetur,quòd filius primò non poteſt inſtitui ſub conditione non poteſtatiua,quàm ad d.l.quoniam in prioribus,quòd conditio de legitima reiiciatur.

Octauò limita,niſi filio eſſet relictum minus legitima,& fuerit prohibitus plus petere : quia tunc talis diſpoſitio non reiicitur. Bald. in l.prima,colum.fin.de iure fiſc. lib.x.& ponit Iaſo. hic in vlt. limit. Sed iſta limit.eſt falſa, nam etiam talis diſpoſitio reiicitur,& non obſtante filius poteſt petere ſupplementum legitimæ,

vt eſt

vt eſt tex.in §.cęterùm, in authen. vt cum de appel. cognoſc.Bal.Salic.Paul.de Caſt. & Iaſo. in l. ſi quando.§. fina. C.de inoffic.teſtamen. & Paul. de Caſt. in l. omnimodo.C. eod.titu.Bald. in l. hac edictali.C. de ſecund. nupt.Angel.in l.iubemus.C.ad Trebel .Imol.in l. quod de bonis.§.cum fideicommiſſo.ff.ad leg. falcid. Alexan. in conſi. lx.in i. volu. Immo etiam ſi adiectum ſit à patre, quòd eo caſu ſi plus peteret, priuat eum relicto, adhuc poteſt reliquum petere. Paulus de Caſt. in d.l. omnimodo,& in l.ſi quando.§.fi.vbi etiam Iaſ.

Nonò limita, quando grauamen eſſet iniunctum hæredi ab inteſtato vel pupillariter ſubſtituto ipſius filii impuberis,quia, licèt ipſe impubes in legitima grauari non poſsit, tamen eius hæres poterit, per text. in l.ſi fundum per fideicomm. §. fina. cum l. ſequen. ff. de leg. i. & ibi not. Bart. Angel. Bald. Imol. & Paul. de Caſtr. Cyn. & Bart. in l.ex tribus. C. de inoffic. teſtamen. & ibi Paul de Caſt. in ii. colum. Iaſo. colum. i. Bart. in §.fina.in fin. in l.prima.ff.de vulg. & pupil. vbi Alexand.colum.i.Bald.in l.ſi arrogator, in iii. oppoſit. de adopt.Bald. in l.cum virum, in verſi. Quęro an ſubſtitutus. C. de fideicommiſ. Imol. in cap. Raynutius, in materia pupillaris in fin. de teſtamen. Machæſ. in ſingu. clxiiii.Gual. cautel.xxxiiii. De ſubſtitutio. Pariſ.in conſi.lv.colum.ii.volumi.iii.vbi quòd non in impuberis hæredibus hoc procedat. Mant.in conſi. cxxix. Sed contrarium tenuit Raph.in l.ex tribus.C de inoffi. teſtamen. & in l. Papinianus.§. ſed nec impuberis. eod. titu. vt refert Caccialup.in l.precibus, colum iiii. C.de impub.& idem Raph.in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil.vt refert Aret. inſtit. de pupil. ſubſt. in princ.colum.iii.

Decimò limita,vt iſtud ꝙ reiiciatur onus vel conditio,nõ habeat locũ qñ eſſet appoſita cõditio caſualis vel mixta,quia hodie tales cõditiones nõ reiiciũtur,quinimmo teſtm̃ remanet nullum,& filius dr̃ preteritus,ita tenuerunt omnes Doct.ante Bart. & poſt eum Bald. in d.

l.quoniam

l.quoniam in prioribus,& Bald.& Ang.in l.ſuuus quoque,in princ.ff.de hæred.inſtit.& Angel. & Fulg. in l. ſi pater.C.de inſtit.& ſubſti. & iſtam partem conſulendo ſequutus eſt alibi Bart. qui à nemine ponderatur. And. Barbat.in appoſtil.ad eundem Bart.in l.ſuus quoque.ff. de hęred.inſtit. vbi dicit,ꝙ contra Bart.tenent * omnes Doct.antiqui & moderni & ꝙ ipſe conſuluit contra Bart.Soc.in conſi.xciii.volu.iii.& in conſi.ſeq. vbi ponit tenentes primam partem & tenentes aliam.Guid.Papæ in conſi. xciii. Contrarium verò tenuit ante Bart. Ricard. Malum.in d.l.quoniam in prioribus, & Bart. poſt ipſum in d.l.ſuus quoque.ff.de hæred.inſti.& Salic in l. quoniam in prioribus.& Paul.de Caſt.in l.ſi pater. C.de inſtit. & ſubſtitutionib.& ibidem Alex.& Iaſ.& Imol.in d.l.ſuus quoque.& in l.fi.ff.de condi.inſti.Corn in d.l.ſi pater. Soc.in conſi.ccxxiiii.in ii.par.in ver. ſubſtineri. Beltrand.in conſi.lxiii.colum.i.& ſeq. volu.i. Beltrand. qui dicit * communem in conſi.cxlvi.colum.ii.vol.i. & in conſi.clxxi.vbi dicit idem vol.i. & in conſi. cxxxv. volu.ii.& in conſi.ccxliiii.col.ii.volu.iii.vbi idem dicit Grat.in conſi.cxii.col.i.vol.ii.

Vndecimò limita ſecũdum Paul.de Caſt. in d.l. quoniam in prioribus, in fi. in filio qui fuerat inſtitutus, & rogatus illam alteri reſtituere, quia ſi illam repudiat, poteſt cogi adire & reſtituere. l. ita tamen.§. patronus. ff.ad Trebel.& ibi etiam hoc tenent idem Paul.de Caſt. Rapha. Rom. & Claud. de Seyſel. Contrarium tenuit Alex.in d.§.ſi patronus.

Duodecimò limita ex dictis Cumani in conſi. xxv. in vlt.col.incip.Franc.& in conſi. lii. incip. Ad primum quæſitum, & in l. in fideicommiſſo. ff. ad Trebel. & in l. cohæredi.§.cum filię.ff.de vulg.& pupil.vbi tenet, ꝙ ſi teſtator filium inſtituerit in maiori portione, quàm ſit ſua legitima,& grauauerit eum reſtituere id quod accepit,cum hoc ꝙ legitimam non detrahat,non operabitur hæc diſpoſitio,quòd ſi fructus ex majori parte percepti aſcendant ad legitimam teneatur filius integram portionem

tionem habitam & ſic etiam legitimam reſtituere. Cæp. caut.xxi.Franc.Curt.in conſi.liiii.col.iiii.& in cóſi.cxx. col.v.& in conſi.clix.col.ii. Alio modo iſtam limitationem ſaluat Gual.caut.xxxi.de ſubſti. iſta videntur ſummi ex dictis Bart.in l.iurisiurandi.§.ſi liberi,in ii.colũ. ver.prætereà hoc videmus in actione de dote.ff.de oper. liber.Facit pro iſta opinione quod notat Ioan.Crot. in l.qui Romæ.§. Duo fratres. colum. i. in vlt. char.ff. de verb.oblig. ver. Quintus & vltimus caſus. per Curt. in tract.feud.in iiii.part.in lxii.colum.ver. Ex prædicta regula,in fin.illius ver. Sed iſtam limitationem (licèt inueniam neminem contradicentem)non puto verã, quia teſtator non poteſt facere, quòd filius ſuam legitimam habeat in fructibus tantum,vt not.glo.in l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffi. teſt. & eſt tex.in §.Prohibemus, in auth.de trien.& ſemiſ.Alex. in l. in fideicommiſſo.ff. ad treb.immo nec in pecunia tantùm tenetur illam accipere. Bart.in d.l.ſuus quoque.ff.de hæred. inſtit. Guiliel.Bal.& Docto.omnes in d.§.repletionem,& iſtã ſententiam contra dictam opinionem videtur tenere Fabian. de Monte in repet. auth.nouiſsima, colum. xx.C. de inoffi.teſta.iſtud etiam colligitur ex dictis Alexã. in l.in fideicommiſſaria, colum. iiii. ad trebel. verſi. dicit etiam. Soc. etiam tenet contra iſtam limitationem in conſi.lxxxii.col.ix.ver.iiii.

Decimotertiò fallit,vbi pater eo caſu ꝙ duę quartæ poſſunt detrahi, diſpoſuiſſet, quòd filius legitimam in trebellianicam imputaret,ita tenet Bald. in d.l. quoniã in prioribus. Dyn. Rayn.Alber.Nicol.de Neap. Imol. Raph.Cuma.in l.Lucius.§.maritus. ff. ad trebel. Dyn. Nicol.de Neap.& Alexand. in l.ſi debitor. ff. ad l. falc. Alexand.in l.Marcellus,in v.colum.ff. ad trebel. Iaſ. in authen.res quæ.C.communia delegatis.colum.iii. Fabian.de Monte in d.authen.nouiſsima. Sed iſtam limitationem nõ puto veram,quia teſtator nec indirectè poteſt prohibere legitimam,etiam in eo caſu ꝙ duæ quartæ ſunt detrahendæ.hinc eſt,quòd non poteſt facere ꝙ

vna

vna tantùm quarta detrahatur,diſponendo ꝙ fructus in legitimam imputentur,vt not.Bart.in l.qui de bonis. in §.auus.ff.ad l.Falc.& ibi ſequitur Alex. ſe ipſum corrigens in eo quòd contrarium tenuerat in l. mulier.§. cũ proponeretur.ff.ad Trebel.& eandem opinionem tenet Paul.de Caſt.in l.iubemus.C.ad Trebel. Ang. in conſi. cxxi. Claud. de Seyſel in d.l. Marcellus. in princi.ff. ad Trebel.Picus in l.in quartam.col.xcvii.in fin.& colum. antep.ff.ad l. Falc. Eſt verum, quòd etiam in hoc contrarium teneat Paul. de Caſt. in d. §. cùm proponeretur,vbi etiam Alexand. & Ioan. Crot. in cap. Raynutius,colum.xxii.de teſtam.& in l.qui Romę.§.Duo fratres.col.xxvi.ff.de verb.oblig. Deci. in conſi. cccclxxx. col.pen.Alex.in conſi. ccl.volu.vi.

Decimoquartò limita,vt per Alex.in conſi.ciii.in ii. volu.col.v.quando bona patris à principio eſſent acquiſita cum aliqua qualitate,quia cum illa qualitate in legitimam filii transferuntur, etiam quòd illa qualitas onus contineat, quia ſatis eſt quòd pater adiiciat nouũ grauamẽ,& iſta limitatio nõ videtur habere difficultatẽ

Decimoquintò fallit in vulgari ſubſtitutione,quę fieri poteſt in legitima filii,& facta non reiicitur, per tex. in l.ſi poſthumus.§.quod vulgò.ff.de libe.& poſth.& ibi illum tex.ad hoc not. Paul.de Caſt. Aret.Alex.& Iaſo. in l. ſi filius hæres.ff.de lib.& poſth.Amplia idem eſſe in ſubſtitutione fideicõmiſsi , quando conditio pendet à voluntate ſua.Rui. conſi.cxiii.col.iii.volu.iii.

Decimoſextò fallit,quia licèt in legitima non poſsit apponi onus , tamen quando quærimus pro qua parte filius ſubſtineat onera hæreditaria , conſideratur etiam legitima,dummodò per hoc non minuatur legitima, ita declarat Socin. per illum tex.in l.prima.§.ſed ſi.ad trebel. colum.i.

Decimoſeptimò ſallit,nam non habet locum in conditione,quę referretur ad perſonam incertam , ſed tantùm quando refertur ad perſonam certam, ita declarat Bart.in l.commodiſsimè.ff.de lib.& poſth. & ibi ſequitur.

tur Iaſ.col.ſi.Soc.in conſi.lxxvi.col.iii.volu.iii.

Decimooctauò fallit, vbi relinquitur certa res pro legitima vſque ad certum tempus, & poſt illud alteri eadem res reliuquitur, nam, licèt poſsit agere filius ad ſupplementum contra hæredem, non tamen reiicitur illud onus, vt videatur habere purè rem legatam in præiudicium legatarii, nec iſto caſu locum habet d.l. quoniam in prioribus.C.de innoffi.teſt.vt onus reiiciatur, ita declarat Corn.in conſi.cvi.col.pen.& ſi.volu.ii.

Decimononò limita, quia reiicitur omne onus per quod diminuitur legitima, ſecus ſi per tale onus legitima non diminueretur. & propterea filius ſi vult legitimam, cogitur adire hæreditatem, vt declarat Claud. in l.quia poterat.ff.ad Trebel.

Vigeſimò fallit ſtante ſtatuto, quòd filia ſit contenta dote data, tunc in dote poterit fieri ſubſtitutio fideicômiſsi.Geog.Natta in c.quamuis, col.xli.de pac.in vi.

Vigeſimoprimò limita, quia etiam in legitima poteſt moleſtari, quando fuit inſtitutus in dimidia hæreditatis, & fecit pater contractum de re filii ſui, quia tenetur approbare contractum pro ea parte pro qua eſt hæres, licèt habeat pro portione legitimæ actionem contra cohęredes.glo.in l.cum à matre, in glo. magna in ſi. C. de rei vend. Bald. ibi col.ii.& ſeq. Ang. & Paul. de Caſt.& ibi Salic.

Vigeſimoſecundò limita, quando filius conſentit oneri impoſito per patrem in legitima. Ripa in v. reſponſo in iii.lib.

Vigeſimotertiò limita, quia prohibitio alienationis ad tempus non reiicitur de legitima. Gual. caut. ii. de var.teſt.præcep.Hiſp.in c.per veſtras, char.xl.col.iiii.de donat.int.vir.& vxo.

Vigeſimoquartò limita, quando pater reliquit minus legitima, & prohibuit plus petere, & ſi plus petat, cadat à parte relicti ſibi facti.Beltrand.in conſi. clxxiii. col.xvii.& ſeq.volu.iii.

Vigeſimoquintò limita in legitima debita aſcenden-

tibus,quando ipſi tranſierunt ad ſecundas nuptias, & remanent alii filii prioris matrimonii. Ioan. de Garo. in authen.ex teſtamento nu.xix. C. de ſecund. nupt.& in rub.eo.tit.fol.xxii.in xli.pœna.

Vigeſimoſextò limita in legitima ſuper bonis feudalibus ex pacto & prouidentia, quia non poteſt alienari in præiuditium vocatorum in inueſtitura. Pariſ. conſil.v.colum.v.volu.i.

Vigeſimoſeptimò limita, ſi teſtator pater reliquerit maiorem partem adiecto onere, & mandauerit quòd ſi non acceptet filius cum onere, quòd ſolam legitimam conſequatur,nam filius acceptando legatum,onus quod eſt in parte legitimæ conſeruatur. Marian. Iun. conſil.cxxii.colum.ii.

Vigeſimooctauò limita, quãdo filię filii ſunt dotatæ ab auo,quia tũc filius poteſt grauari in legitimũ Grat. conſi.cxi.in fi.volu.ii.

Vigeſimononò limita,quando tota hæreditas filio cũ onere eſt relicta,nam non poteſt dicere volo legitimam ſine onere. Berous quæſt.lxxxvi.nu.x.

CONCLVSIO
Et Regula XLIII.

ARGVMENTVM.

Citatio partis in quolibet actu requiritur.

Sextò amplia, quia iſtud procedit, etiam ſi re mobili quis fuiſſet ſpoliatus,& etiam ꝙ ſpoliatus non ſit dominus,ſed tantum poſſeſſor.Innoc.in c.ſæpe.de reſtit. ſpolia.Bal.in l.inciuilem.C.de furt.& ibi,Sal.Bar.in l. fina. §.ſed cum in ſecunda. C.eo.& Paul.de Caſt. in d.l. inciuilem,& in d.l.fi.§.ſed cum in ſecunda.

Septimò amplia,etiam ſi poſſeſsio violenta ſit confirmata principis reſcripto,vt eſt tex.in l.autē. C. vnde vi. per Doct.omnes ibi.Iaſon conſi.clxii.colum.iii.volu.iii. & in conſi.clxxii.col.i.eo.volu.

Octauò amplia,quia tale ius poteſt intentari nō modò contra ſpoliantem, ſed etiam contra eum cuius nomine facta eſt ſpoliatio , illo poſtmodum ratum habente. Iaſ.in conſi.clxx.col.iii.volu.ii.

Nonò amplia,etiam pro iuribus incorporalibus. glo. in c.cum inter,in glo.i.in fi.de except.glo. in c. nullus. ii.q.ii.& eſt tex.& ibi Imo.Card.Ant.But.& Abbas col. i. pen. & ſequen. in cap. querelam, de elect. Rot. deciſ. vi.in nouis.

Decimò amplia, quia etiā ſpoliatus à iudice propter contumaciam infra tempus debitum purgando contumaciam,recuperat poſſeſsionē, etiam ꝙ exiſtens in poſſeſsione velit in continenti de dominio docere. Bal.in l. pen.§.fi.C.de præſcrip.xxx.annorum.

Vndecimò amplia,etiam ſi ſpolians ſpoliaſſet adiuuādo dominum ſuum in bello.Bal.in c.i. colum. ii. quibus mod.feud.amitt.

Duodecimò,etiam ſi eſſet ignoretur ſpolians.Apoſtillator ad Bald.in d.cap.i.col.ii.quibus.mod.feud.amitt.

Decimotertiò amplia,etiam ſi fuerit ſpoliatus à tu-

tore

tore debent reſtitui.l.meminerint,vbi glo. in verbo tutoribus. C.vnde vi. Bart. in diſputatione ſua incipi. Lapus,col.pen.

Decimoquartò amplia, etiam ſi ſpoliato opponatur exceptio compenſationis. Bald.in l. fina. in iiii. notab. de compenſat.

Decimoquintò amplia, vt pro ſpoliato àbſente admittatur quilibet ſine mandato. l. i. C. ſi per vim vel alio modo.

Decimoſextò amplia, etiam ſi ſpoliatus probet ſpoliationem,ſed non probet cauſam propter quam aſſeruit ſibi cenſum vel canonem debitum,ita ponit Ang. in l. fi. colum.i.C.de annal.except.

Decimoſeptimò amplia ēt in exceptione criminis, vt non poſsit ab agendo repelli,c item cum quis, de reſtit. ſpol. Contrarium Caſſa.in conſi.xliiii.col.iiii. Loffred. loquens in crimine falſi.in conſi.vi.

Decimooctauò amplia, quia etiam ad ſtatum debet quis reſtitui Deciſ.Neap.cccxcv.

Decimononò amplia, vt etiam tutor ſpoliatus quaſi poſſeſsione educãdi & gubernandi pupillam ſuam poſſit reſtitui.Calca.conſi.cxx.col.ii.

Vigeſimò amplia, vt etiã iudex vel tribunal à quibus carceribus reus aufugit,debeat tanquam ſpoliatum reſtitui.Beltran.in conſi.lxxxii.col.fi.volu.i.

Vigeſimoprimò,vt etiam parochiani ſpoliati à parochiano ſacramentis,poſſunt agere ſpolio & excipere de ſpoliatione.Fel.in c.ſuam,de ſimonia.

Vigeſimoſecũdò amplia,vt ēt ſi vaſallus ſpolietur feudo à domino.Loffred.in conſi.v.col.vi.in fi.& ſeq.

Vigeſimotertiò amplia,vt exceptio opponi non poſſit.Io.And.in c.ſi beneficia.verſi. non obſtat regula, de præben.in vi.& c.ii.in fin.ver.nec obeſt.de reſtit. ſpol.in vi. Ant.de But.in c.in literis,col.xi.ver.ſi opponitur exceptio concludens.eod.tit.

Primò limita, ſi eſſet talis ſpoliatus, qui potuiſſet impune offendi, prout ſi eſſet agrorum populator vel

latro publicus,qui in ſtratis publicis graſſatur, quia talis poſſeſſor recuperandę agere non poſſet. gloſſ.pen.in d.c.in literis, & ibi Abbas col.ii.& Imol col. fin. Soc. in regula ccclxxix.in prima fall.

Secundò limita,quando exceptio dominii opponeretur à tertio,quia tunc non poteſt fieri reſtitutio, omiſſa illa exceptione.glo.fi.& Anto.de But.in d. c. in literis & ibi Abbas col.fin.& Imol.col.fi.Spec.in titu.de petit. & poſſeſ.§.1.in ſecundo caſu.Rot.in nouis deciſ.cxlix.Felin.in c.cum ſuper,col. pen. de re iud. Abbas in c.ii. col. iii.de ord.cog.in c.veniens,el ii.col.iii.de teſt.Rot.in nouis deciſ.ccccxxxviii.Felin.in d.c.veniens.el ii. col iiii. Hoc tamen ſublimita, ſi modò ius iſtius tertii eſſet in actis deductum,vel de eo in continenti conſtare poſſet, aliàs fieret reſtitutio ſpoliato,præſtita cautione, ita tenet Bald.& ibi Alex.col.fin.ad limit.glo.ibi in l. ſi alienam.ff.ſolut.matrimo.

Sublimità ſecundò, niſi ius tertii comparentis eſſet connexum cum iure ſpoliantis, ita ſentit Innoc.in c. veniens,de ſponſ.ſequitur Imol.in d. c. in litteris,col. fin. Anto.de But.in d.c.veniens.Felin.in c.ſuper eo.col.i. de offic.deleg. Contrarium tenet Abbas in d.c. veniens, & in c.ii.col.iii.de ord.cog.& in d.c.in literis,col.fin.

Tertiò limita,niſi ipſe ſpoliatus ageret pariter petitorio & poſſeſſorio ſimul,nam tunc opponi poſſet dę dominio conuenti.c.ſollicitæ,& ibi glo.dum remouet cõtrarium c.ſequen.de reſti.ſpol.& illa ſolutio eſt bona in ſe, licèt videatur ad c.accepta,non procedere, quia reſtringit tex.vt per Abbat.in d.c.ſollicitæ.col.iii.& ponit Soc. in regula ccclxxix.in iii.fall.Paul.de Caſt. in l.ii. in fi. C.de edict.diui Adr.tollen.

Quartò limita,ſi ſpoliatus patiatur fieri probationes ſuper dominio, ex quibus conſtet de iure dominii ſpoliantis. tex.eſt in cap.1.de reſtitu.ſpol. Socin.in d. regula in fall.iiii.Alexan.in §. nihil commune, in xiiii. fall. l.naturaliter de acquir. poſſeſſ. Old. in conſi.cclxxiiii. Imol.in dicto §.nihil commune colum.ii.Alexã. col. vi.

Paul.

Adde Craue. q.
30 . Berg. q.
3. n. 4.

Paul. de Caſt. in l.ii.in fin. C.de edict. diui Adria. tollend.Alexand.in conſi.lxxvii.in fin.vol.ii.Cæpol. caut. lxxxii. Angel.Aret. in §. ex maleficiis,colum. viii .Inſtitu. de actio. & §. quadrupli, colum. ix. in fin. & ſeq. eod. titu. Contrarium ſentit Beltrand. in conſi. cxlix. volu.iii. qui tenet, quòd etiam ꝙ pro ſpoliato eſſet ferenda ſententia in petitorio, tamen cogitur ad reſtitutionem. Et dicit Bald. in tit.de pace conſtant.§.omnes, verſi.reſtituitur,quòd quando nō eſt oppoſitum per partem vel per iudicem contra ſpoliatum proponētem exceptionem dominii, cenſetur etiam admiſſus ad probandum, & multa ſimilia clarius ponit Ruin.conſi. ccxxvii. colum.fin.volu.i.

Quintò limita in excommunicato,cui denegatur reſtitutio, etiam ſpoliato,vt not.glo.in c.ex inſinuatione, in glo.in verbo canonum,de procurat.gloſ. ii.in c. dilectus, el ii.de reſcrip.Rota in nouis deciſ. xiiii. circa finem. glo.in cap. in nomine Domini, in verbo audientia. in fin. xxiii. diſtinct.& ibi Archid. & idem in cap. Abbates,xviii.quæſtio.ii. Roman.in dicto §. nihil commune. Anto.de But.in cap.fina.colum.iiii.de ord. cog. & ibi Abbas colum iii. in fin.& ſequen. Specu. in titu. de petito.poſſeſſ.§.i.xxi. caſu.Abbas in cap. à nobis, in iii. not. de except. Rota in antiquis deciſ. ccxxi. Innocen. in cap. paſtoralis, in fin. de appell. & in cap. cum in noſtris, in fin.col.circa medium de conceſsio. prębend.

Sextò limita, ſtante voluntaria renunciatione, quia per eam amittitur & ciuilis & naturalis poſſeſsio, quo caſu ſpoliatus non poteſt habere remedium poſſeſſionis recuperandæ.dicto cap. ſollicitæ, iuncto cap. accepta,& cap.audita.de reſtitu. ſpolia Rota in nouis deciſio. lxii.& in antiquis.cccci. & lxvii. & in nouis deciſio. ccclii. Deſunt multa.

Amplia, ſi remaneret reſignans in poſſeſsione facti per detentionem,ita tenet Rota in nouis deciſio.clviii. Innocen.in cap. ſuper hoc,colum. pen. verſi. quod autem dixi,de renunciat. Anto.de But. in cap. accepta, in

fin.ver.vlti.quæro.eo.tit.Caſſad.deciſ.iii.de reſtit.ſpol. Contrarium Abbas in d. cap. ſollicitę, colum. ii. verſi. quid autem ſi poſt,de reſtitu.ſpol.& ibi Imol.colum. ii. verſi.ſed circa primum.Limita ſi reſignatio pręcedat ſpolium,ſecus ſi ſequatur.d.c.ſollicitę.Grammat.conſ.ciui. lxxxvi. colum.ii. Limita hoc nõ procedere in profanis, idem Grammat.conſi.cxxxi.col.iii & ponitur in regula Socin.ccclxxviii.vbi ponuntur limitationes, & Grammat.conſi.ciui.xxxi.colum.iii.qui tenet, ꝙ promittens & iurans non agere ſpolio,non poteſt petere ſpolii reſtitutionem. Limita ſecundò in reſignatione ſimoniaca, quæ reſignanti non præiudicat, vt eſt deciſ. Rotæ ccxxxvi. in antiquis. Deciſio. Tholoſ. & ibi apoſtill. ccccxxxviii. Staſil. de literis gratiæ & iuſtitiæ fol.lxvii. Pariſ.conſi.xiii.colum.i.verſi. nam ex eo. volu.iiii.

Contrarium Tiraquell.de retract. fol.cclii.

Sed dubito, quia licèt per ſimoniacam renunciationem non dicatur facere ſibi pręiudicium in iure tituli, tamen quia ſolo animo perditur poſſeſsio,etiam ex contractu nullo l. i. §. ſi vir vxori. ff. de acquirend. poſſeſſ. videtur quòd fiat præiudicium quò ad hoc.

Item limita hoc non procedere in profanis, vt per Abbatem in d.c.ſollicitę.colum.ii.niſi eo caſu quo quis non modò non renunciaret,ſed etiam cederet iura in ſpoliatorem,vt ibi per eum.

Limita,ſi ſpolietur ab alio, ſecus ſi à reſignatario, ita declarat Caſſad.in deciſ.ſua iiii.de reſt.ſpol.

Septimò limita, quando opponitur exceptio per quã concluditur ſpoliatum non potuiſſe poſsidere, vt quia erat hæreticus.gloſſ.in princi.xxiii.quæſtio.vii.in ſumma. gloſſ. in cap. quo iure. in glo. ſecunda, diſtinctio. viii. Innocen. in cap. ex parte, in prima colum.in fine de reſtitu.ſpoliat.& in cap. venerabili de offic. delegat. Vel laicus dicebatur, qui ad ſpiritualium poſſeſsionem reſtitui volebat, per not. per Innocen. in cap.conſtitutus, de filiis presbyter. Vel volebat ſpoliatus reſtitui ad beneficium reſeruatum, per quam reſeruatio-

nem

nem inficitur & poſſeſsio & titulus. Rota deciſio. xvi. in nouis. Deſunt aliqua

Et iſtam limitationem ponit Bald. in l. prima in fine C. de appellatio. Socin. in regula ccclxxvi. in ſeptima fallen. idem tenet Bald. in dicta l. naturaliter. §. nihil commune, & in l. prima colum. ii. C. ſi de moment. poſſeſ. & in l. pen. in fin. C. ſi à non compet. iud. Alexā. in dicto. §. nihil commune. in vii. limit. Abbas in d. cap. in literis, col. viii. de reſt. ſpol. Deſunt multa

Octauò limita, quando prælatus adminiſtratorio nomine ſuæ eccleſiæ petit reſtitutionem rei alicuius ipſius eccleſiæ, nam contra eum ſic agentem poteſt opponi de non canonica inſtitutione. Innocen. in cap. cum ſuper, de cauſ. poſſeſ. & propriet. Deſunt aliqua.

Nonò limita, ſi ſpolians ſit paratus in continenti probare defectum iuris in agente ad reſtitutionem, vt voluerunt aliqui quos refert Innocen. in cap. ad vltimum de cauſ. poſſeſſ. & propriet. licèt ipſe ibi contrarium teneat. Sed contrarium etiam tenet Bellam. deciſio. xxxv. & Angel. in l. ſi de eo. §. fina. in fin. ff. de acquiren. poſſeſsio. Deſunt multa.

Decimò limita, ſi conſtaret de non iure agentis, & de iure conuenti. c. ad decimas, de reſtitu. ſpoliat. in vi. vel ſi continenti de eo poteſt fieri fides, vt per Socin. in dicta regula in x. fallent. ſed iſtud vltimum eſt falſum, vt ſuprà dictum eſt proximè, & tenuit Socin. in l. rem quæ nobis, charta vltima colum. ii. ff. de acquiren. poſſeſsio. & tenet Abbas in cap. paſtoralis, colum. vi. in fine & ſequent. de cauſa poſſeſ. & propriet. Et Imol. in dicto §. nihil commune. colum. ii. Anto. de But. & ibi Abbas colum. vii. in dicto cap. paſtoralis. Innocen. Ioan. Andr. & Lanfranc. in rubr. de cauſ. poſſeſ. & propriet. colum. vii.

Immo quando conuentus opponit exceptionem proprii dominii, talis exceptio videtur admittenda ſecundum Aegid. deciſ. xxxvi. quam opin. ſaluat Soc. in d. l. rē quę nobis, colū. pen. quando ad ſpoliatum peruenit res

ſine vitio,ſed ſi cum vitio, tunc fruſtra ſpoliator exceptionem dominii opponeret. Deci. conſi. cxci. colum. pen.in fin.verſi. nemo etiam ad hoc, & conſi. ccccc xvii. colum.fin.nume.viii. Abbas in cap. ſollicitę, colum. ii. in fin.verſi.niſi renunciatio eſſet facta, de reſtitu. ſpol. Alexand.conſi.xciii.colum.i.verſi. & licèt alias, volu.v. & dicit Brun. conſi.xxi.colum.ii. quod habens titulum à domino excludat ſpoliatum habentem titulum à non domino. Non ſufficit autem conſtare de iure tertii, & non de iure agentis, vt per Felin. in cap. ad petitionem, colum.iii.de accuſ.

Et amplia principalem limit. etiam ſi conuentus veniret priuandus dummodò non ſit priuatus. Feli. in d.c. ad petitionem col.iiii.

Vndecimò limita, ſi per ſententiam abſolutoriam in petitorio conſtaret de non iure petentis reſtitutionem. ita tenet Imol.colum.ii.in dicto §.nihil commune,& ibi Raphael Cuman.& Paul.de Caſt.in fin.col. & in col.ii. Iacob. Butr. in l.incerti.C.de interdict. Anto. de But. in l.incerti.C.de interdict. Anto.de Butr.in cap. cum dilectus de cauſ. poſſeſſ.& propriet. & in cap. in literis de reſtitu.ſpolia. Ioan. And. in addit. a d Specu. in titu. de pet. & poſſ.in princi.in ix. colum.in verſi.Quid ſi pro vno. Anto.de Butr. & Abbas in cap.paſtoralis. de cauſ. poſſeſſ.& propriet.colum.vii.

Contrarium ſentit glo. quòd immo etiam poſt abſolutoriam ſuper proprietate poſſit conueniri reus abſolutus remedio recuperandæ,etiam ſi probaſſet ſe dominum,ſentit glo.in dicto cap.paſtoralis, in glo. in verbo cauſa non deciſa, & in dicto cap. ſollicitę, in gloſſ.i.de reſtitu. ſpoliat.

Tenendo iſtam opinionem, quæ eſt communis, vt dicit Alexand. in d.§.nihil commune. Amplia idem eſſe, ſi conſtaret per publicum inſtrumentum habens executionem paratam. Grammat.in conſi.ciui. xcvii. & conſi.cxxxi.colum.ii.& Ang.in dicto §.nihil commune, vt refert Alexan.ibi,colum.vii.& Ang.in l. ſi quis ad ſe

fundum.

ſundum.colum.iii.C.ad l.Iul.de vi. Deſunt multa.

Sublimita,niſi ſpolium ſit factum poſt ſententiam & rem iudicatam.Inno.Hoſt.& Ioan.And.in d.c.cum dilectus,de cauſ.poſſeſſ.& propriet.& ibi omnes.Alex. in d. §.nihil commune,col.viii.

Contrarium Abbas in d.cap.cum dilectus,col.pen. & Claud.in d.§.nihil commune,col.iii.Lanfranc.in rub. de cauſ.poſ & propr.col.vi.& ſequen. Sed an autem iſtud procedat in profanis,prout in beneficialibus,vide in ſequenti limitatione.Et intellige,vbi abſolutoria in fauorem ſpoliatoris prouenit, propterea, quia probauit de iure ſuo, ſecus ſi propterea tantùm, quia non probauit actor,nam tunc non obſtaret, vt declarat Anto. de But. & ibi Abbas in d.c.paſtoralis,col.vii.

Duodecimò limita, ſi conſtaret notoriè de non iure petentis reſtitutionem,vt notat Innoc.in c. conſtitutus, de fil.presby.Paul.de Caſt.in l.ii.C.de edict. diui Adria. tollen. in fin. Ang. quem refert & ſequitur Alexand. in d.§.nihil commune,colum.vii. Oldrad.in conſi. ccxiiii. Bald.in l.ſi de proprietate.C.ſi à non compet.iud. col.ſi. & in l.vnica in ii.col.C. ſi de mom. poſſ. Ang.in l.Paulus.§.qui pignori.C.quib.mod. pig. vel hypothec. ſolu. Anto.de But.in d.c.paſtoralis, charta pen. & ibi Abbas. col.xi.de cauſ.poſſeſſ.& propriet. Abbas in c. intelleximus,in iii. not.de adult.Oldr. in conſi.cclxxiiii. in fin. Alex.in d.§.nihil commune,in xi.limit. Soc. in d.regula in xi.limit.deciſ.Tholoſ.xv.Rui.conſi.xxvii.col.iii.volu. v.Iaſ.in d.§.nihil commune,colum.x.Abbas in c.cum dilectus,in vi.col.de ord.cognit.Iaſ.cónſi.ix.col.i.volu.iii. Bald.in tit.de pace conſt.in §.omnes,in verbo reſtit. Angel.Aret.in §.quadrupli,colum.x. in iiii.fall.Inſtitu. de actio. Amplia,vt nec fructuum reſtitutionē petere poſſit.Fel.in c.ad petitionem,col.iii.de accuſat.

Amplia ſecundo idem eſſe in attemptatis,vt per eundem Fel.prędicato loco col.iiii. Iſta tamen concluſio limitatur procedere tantùm in beneficialibus, in quibus non datur vitioſus ingreſſus.cap.i.de regu.iuris in vi. &

pterea ſtatim quòd conſtat notoriè de non iure agentis ad reſtitutionem beneficii, ſtatim denegatùr ſibi reſtitutio. Rota in nouis deciſ.xvi. in antiquis deciſ. vii. & deciſio.ccxxv. Anto.& Abbas in dicto cap. in literis, colum.iii. Domin.in cap. ad decimas, colum. iii. de reſtitu.ſpol.Ioan.Anto. Alexand.in conſi.vltimo, colum. fina. Abbas in cap. ſi conſtiterit, ii. colum. de accuſat. Lap.alleg. xxiiii. Aegid. in conſi.x. colum.xix. & ſeq. Oldrad.in conſi.i.colum.ii. Abbas in cap.ſollicitæ, colum.ii.de reſtitu. ſpol. Guido Papæ quæſtio.lxxxv. Apoſtil.ad Deciſio. Tholoſ.xv. Felin.in cap. ex parte.colum. fina. de foro compet. Guido Papæ.in ſingula.DCClxxxii. Staphil. in literis gratiæ & iuſtitiæ charta clxxviii. Limita, vt per Loffred. in conſi. xxi. colum. iii. in fin. Sed hoc non ſufficit in profanis ſcilicet notoriè conſtare de non iure agentis ad reſtitutionem, ita tenet Anto.de But. & Abbas in dicto cap. in literis colum. iii. Philip. Franc.in cap. ad decimas, colum.iiii.

Contrarium verò in articulo principali, quòd defectus notorius proprietatis impediat reſtitutionem, etiã in profanis, tenet Oldrad. in conſi. ſuo ccxiiii. colum. v. Deci.in dicto conſi. cxci. colum. penult. Alexand. in conſi.lxxvii.colum.penul. volu.ii. Pariſ. conſi. liii. colum. pen. volumi.iii. & procedit ſupra dicta concluſio vbi notoriè conſtat, per partis confeſsionem, vel per euidentiam facti. Sed quando conſtaret per probationes in iudicio factas, difficultas erit ſcire, quando dicatur notoriè conſtare in propoſito per probationes factas in iudicio, & iſto caſu Rota tenet in deciſ.cccxciii. in nouis, ꝙ dicatur notoriè conſtare poſt concluſionem in cauſa, idem tenet Alex.in dicto §.nihil commune, colum.xxvi.Aegid. deciſ.cccciiii.& ſequen. & idem tenet Anto.de But.& Abbas in c.ſignificauerunt, de reſti.ſpolia.glo.ibi Pariſ.in conſi.cxii.col. viii.volu.i.Bero.q.iii. Contrarium verò, ꝙ immo etiam ante concluſionem dicatur conſtare propter factas probationes in iudicio, ita quòd impediatur reſtitutio, tenuit Anto. de But. in

cap.

cap.in literis,de reſtitu.ſpolia. quem refert & ſequitur Aret.in d.c.ſignificauerunt,col.ix.Rot.deciſ.xiiii. col.i. in fine in nouis. & ſeq.gloſſ.in cap. ad decimas,in verbo præſumitur in fi.de reſti.ſpol. Et dicit deciſ.Rotæ lxxvii. in nouis,ꝙ dicitur conſtare notoriè per publicum inſtrumentum.Grammat.conſi.ciui.cxxxi.col.ii.

Decimotertiò limita, quando præſumptio iuris eſt pro ſpoliante, & contra illum qui prætendit reſtitutionem, vt eſt tex.in dicto cap. ad decimas, vbi Archid. & Philip. Franc. de reſtitu.ſpol.in vi.& Domin.colum.iii. Socin.in regula ccclxxix. in xi. fallen. Innocen. in cap. conſtitutus,de fil.presby.Bal. in d.§. nihil commune circa fin.Alexand.in vi. fallen. Abbas in c.conſtitutus, colum.fin. de elect.& in dicto cap. in literis, colum. pen.& ſequen. Claudius in dicto §.nihil commune, colum. iii. gloſ. & Abbas in cap.ex parte, colum.iii.de reſtitu.ſpoliat.& colum.ſeq.Ang.Aret. Inſt de act §.quadrupli.colum. x. in ii. fall. Iſtam limitationem tamen ſublimita quinque modis, vt per Philip.Franc.in d. c. ad decimas, colum.iiii. & dedeclara, vt ꝑ gl.prag.ſanctio. fol. cxxvi. col.ii.ver.ſed in quantùm.

Decimoquartò limita in ſpoliato à iudíce, q nõ reſtituit gl.in c.In nomine Dñi,in gl.in verbo audiẽtiã, ĩ fi.xxiii. diſt.& in c.ꝓſentiũ,in gl.fi.in fi.vii.q.i.& ibi Arch. circa fi.gl.in c.ſumma.iii.q.i.Bal.in tit.de pac.cõſtã.§.oẽs,ver. reſtituitur.idẽ in l.fi.in i.not.C. vnde vi. Calca.in conſi. cxx.colum.ii. Felin.in c. cùm cauſa.de offic.deleg.col.i. Abb. in c.dilectus,el i.col.i.de reſcri. & in c.ſi cõſtiterit. de accuſ.col.i.in fi.Deci.in conſi.cxci.col.pen. Archi.in c.quorundã. lxxiiii.diſtinct.Deci.in conſi.cc.col.i. Abb. in c.conquirente,in fi.i.col.& ſeq.de reſti.ſpol.Specu.in ti.de peti. & poſſeſſ.§.i.in princi. Iaſ.in l.iuſte poſſidet. col.i.ff.de acq.poſſ.& in conſil.ix.col.i.volu.iii. aliàs eſt thema.conſilii ix.& in conſi. xxxviii.col.fi.vol.iii. Abb. in c.licèt ex ſuſcepto,in iiii.col.in fin.de for. competen. Archidi.in c.qui præſulatus,i.q.iiii. & in c. hoc quippe. iii.q.vi.Hippoly.in practi.§.nunc videndum, col.viii.&

in §.

in.§.ii.col.xi.Pariſ.in conſi.i.col.xxvi.uol.i.Fel.in c.dile ctus,el.i.col.i.de reſc.vbi ampliat limitationem. tamen ſublimitatio iſta tribus modis per Fel.i c.dilectus filius col.i.& in c.cum cauſa,col.i.& ſeq.de offi.deleg. declaratur.quem videas,& Imol.in conſi.cxxiiii.col.i. in conſi. cxli.col.i.Grat.conſil.lxxvi.col.i.volu.ii. Quarto modo per Deci.in conſi.cc.col.i.Fel.in c.ſi quando, col.i. in fi. de offi.deleg.& colū. ſequen. Beltran.in conſi.cx.col.penul.vol.ii.Afflic.ſuper conſti.fol.lxxvi.col.i. Loffred. in conſi.xlvii col.pen.& ſeq. Aymo.in conſi.xviii.col.ii.et cxxiiii.col.i.Grat.conſi.lxxvi.col.i.volu.ii. Maria.Iun. conſi.xviii,col.iiii.vol.ii.Boer.deciſi.ccxxviii.Ang. Areti.in.§.quadrupli.col.ix.inſti.de act.

Decimoquintò limita in ſpoliato à priuato auctoritate iudicis:ita tenet Innoc.in c.ſuper hoc,de renunc.in pen.col.& Ange.in d.l.ſi quis ad ſe fundum, col. pen. & Lanfran.in rub.de cauſ.poſſ.& propr.col.vii.

Decimoſextò limita in poſſesſione violēta confirmata per iudicis ſententiam,quæ tranſiuerit in rem iudicatam.Soci.in conſi.lix.col.ii.vol.ii.ex mente Are. in d.l. iuſte posſidet.ff.de acqui.poſſeſſ.

Decimoſeptimò limita ſtante facultate quòd poſſesſio capi posſit propria auctoritate, tunc enim non poteſt quis ſpolium prætendere, nec agere tanquàm ſpoliatus ad reſtitutionem,vbi illam eſt adeptus ſine contradictione.Deci.in conſi.cxci.col. penul. bonus text.in l.creditores.C.de pign.

Decimooctauò limita, ſtante pacto de non petendo reſtitutioné,vt no.Rot.in nouis deciſ.lxviii.& cccxciii. glo.in c.ex inſinuatione,de procurat.& ibi Abb. col.ii. Inno.in c.ſuper hoc,col.ii.de renunc.Spec.in tit.de pet. & poſſeſ.§.i.in xv.caſu Capel.Tholoſ.in deciſ. cclix. vbi Apoſtill.qui ſublimitat.Soci.in conſi.lix.col.i. vol. iii.& in l.rem quæ nobis,col.fin.ff.de acqui.poſſeſ. Iaſ.in conſi.xxxviii.col.ii.vol iii.Lanfran.in rub.de cauſ. poſſ. & propr.col.vii. Abb.in c.fi.col.iii.in fi.de ord. cogni.vide in memoriali noſtro lxxii.in iiii.fall.Affl. ſuper conſti.fol.

ſti.fol.lxxviii.col.ii.in fi.maximè, ſi ſit confirmatum iuramento.deciſ.Tholoſ.in apoſtil.ccccxcii.

Decimononò limita in beneficialibus,in quibus non poteſt quis petere reſtitutionem,etiam ſpoliatus, niſi coloret poſſeſſionem aliquo titulo colorato.gl.in clem. i.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.Soci.in xi.limita. in regula ccclxxix.Paul.de Eleaza. in cle.vnica de cauſ. poſſeſ. & proprie.Io.And.in addi.ad Specu.in tit.de reſti. ſpol. in prin.Rota in nouis deciſi.cclvii.Anto.de But.in c.in literis,de reſti.ſpol.& ibi Inn.col.iii.Gem.in conſ. cxlvii. Specu.in tit.de teſt.§.nunc videndum.ver.ſed pone. Lapus alleg.cciiii.& xxx.in fi.& lii.in fi.

Contrarium verò ꝙ etiã in beneficialibus non ſit coloranda poſſesſio,tenuit Inn. in c.ex parte.de reſtit. ſpoliato.Card.ibi & Abb.in c.in literis col.vi.& ſeq.eo.tit. Aliqui verò tenebant tertiam opinionem,ꝙ eſſet colorandus ad inſtantiam iudicis hoc petentis non partis, vt per Lap.alleg. xxiiii.& lii. & Card.in c.ex parte, de reſti.ſpol.Beltrand.in clem.i.de cauſ.poſſ.& propr.

Prima tamen eſt * communis, vt per Abb. in d.c. in literis colum.viii.

Limita primam opinionem communem, vt non procedat in ſpolio attentato: quia quòad attemptata re uocanda, non requiritur color aliquis tituli, vt per Rotam in nouis deciſ.xiiii.apoſtil.ad deciſ. tholo.xv.

Vigeſimò limita,vt iſtud procedat,quando quis fuit ſpoliatus per vim,ſecus ſi clam: quia tunc poteſt opponi exceptio dominii.ita tenet Bal.in d.§. ſi quis emptionis.§.pen.C.de præſcrip.xxx.ann.Din.in c.qui ad agendũ, de reg.iur.in vi.& Ang.in l.vitia,in i.col. circa fi.C. de acquir.poſſeſsione.

Contrarium verò,quòd immo etiam in tali remedio recuperandæ poſſeſsionis, vbi quis eſt clam ſpoliatus, & non per vim,tenuit non poſſe obiici exceptio dominii, Bart.in l.ſi coloni,in i.col.C.de agricol.& cenſi. lib. x.& ſentit hoc Inn.in c.poſt electionẽ,in finalibus uerbis de conceſ.præben.& ibi Io.Andre. in fi. col. & Imol.

col.v.

col.v.Inno.Ant.de But.& Abb.in c.ſi ſæpe,de reſti. ſpol. col.pen.in fin.Ant.de But.in c.cum ad ſedem, eod.tit.& Abbas in c.ſi diligenti,col. iii.de pręſcr. Imol.in d.§.nihil commune,& ibi Alexan.col.viii.& ſeq.Claud.col.ii. Alex.in cõſi.lxxviii.col.i.vol.iii.Hanc opi. ſentit Bal.in l.requirendi.in fi.C.de ſeruis fug.vbi vult ꝙ ita demum non violentus poſsit referre quęſtionē dominii,ſi ſit paratus de eo docere incontinenti & iſtam partem in hac limitatione tenent Anto.de Bur.in c.ii.de ord.cognit.& Card.in c.fin.eod.tit. Desunt aliqua.

Claud.

Limita,nā iſtud regulariter,eſt vt non poſsit ſpoliato referri quęſtio dominii,ſi interuenerit vis expulſiua vel ablatiua, ſecus ſi compulſiua, quia tunc referri poteſt quæſtio dominii, ita tenet Bald. in d.§. nihil commune, in iii.limit.& ibi Alexan.& Imol.& Aret. & fuit opinio Bart.in l.ſi ob turpem,col.i.ff.de cond.ob turp.cauſ.Innoc.in c.fi.col.fi.de his quę vi metuſve cauſ.fiunt.

Desunt [illegible] tres principales limitationes.

CONCLVSIO Et Regula. XLV.

ARGVMENTVM.

Obligatione in generali non veniunt,quæ in ſpecie quis minimè obligaturus fuiſſet.

Animaduerte hic deesse quinque conclusiones

IN generali obligatione non veniūt ea quę quis in ſpecie non fuiſſet obligaturus. l. obligatione generali.ff.de pign.iunctis ll. ſeq.vbi ponuntur exempla, & not. ex illo tex.Bar.& Sali.ad idem eſt tex.in l. peculi.ff.de pecul.& ponunt Bald. Ang.& Salic.in l.i.C.quæ res pign.oblig poſſ. & propterea infertur ꝙ in obligatione generali non venit ſupellex, veſtes neceſſariæ, & mancipia neceſſaria,vt eſt text.in dicta l.obligatione generali,& not. Ang. ibid.in ii.not. Bart. & Bald. in d.l.i.

C.quæ

C.quæ res pign.oblig.poſſ.vbi etiam Ang. & Sal. Matthæſil.in ſing.cxxxviii.Aret.in §. item Seruiana. inſtitu. de actio.col.i.Guid.Papæ in ſing. dlxxxviii. Item ad ea quę ad obligantis affectionem haberet,vt in d.l.obligatione generali, vel ea quę ſunt in vſu quotidiano,in l. ſeq.incipi.vel quæ.Item cõcubina vel filii naturales vel alumni,vt eſt tex.in l.denique.ff.de pign.& quò ad concubinas vel filios naturales eſt text.in l.pen.ff.de priuil. cred& quò ad alumnos eſt text. in l.i. C. quæ res pign. oblig.poſſ.Idem eſt ſecundum Angel.in d.l.i.quò ad ius percipiendi victũ quotidianum, vt ibi per eum. Et propterea inferebat Iacob.de Aren. ꝙ in obligatione generali non veniebant venalia,per text.in l.vxori.§. generali.ff.de vſufruct.leg.& Rom. videtur tenere iſtam opinionem in l.ſi conſtante.ff.ſolut.matri. Bald. in l. certi. in vi.quæſtio. C.locat.& in conſi.ccclxvii.in primo lib. Aret. in dicto.§. Item ſeruiana, colum.prima.& ibi Iaſ. Limita, vt per Hippoly.in l.i.§.ſi ſeruus. ff. de quæſtio. Gomeſ.in dicto §.item ſeruiana,colum.vii.& viii. Tiraquel. de ll. connub. fol. ccxxvii. Pariſ. declarat conſil. lxxxvi.colum.i.volumi. ii. Sed Bart. ibi hoc reprobat, & poſt eum Lancel. Deci. ibi Bald. in l. cum tabernam. ff. de pign. idem ſentit in rubr. de verb. ſignifi. in iiii. quæſtio.idem tenet Bart. in dicta l. ſi conſtante, colum. xii.iii.quæſtio.Bald.in l.vbi adhuc,in iiii.colum. in fin. & ſequen.verſi.ſed pone.C.de iure dot. & iſtam opinionem ſequitur Alexan.in dicta l.ſi conſtante,colum.x. & ſeq. & in apoſtill.ad Bart in dicta l.cum tabernam.ff.de pign.Ioan. Crot. in dicta l. ſi conſtante, col.xlvi.& ſeq. vbi dicit iſtam ✱ communem opi. Iaſ.in l. qui Romæ. §. Calimachus,in iii.col.vbi dicit iſtam communem opinionem.ff.de verb.oblig.

Amplia, vt per Ruin. conſil. cxii. colum.iiii. vol.v. Retenta iſta vltima opinione, quæ videtur eſſe magis ✱ cõis,limita illã,niſi illęmet res ſint diſtractę antequã veniſſet dies actionis,qa tũc illæ nõ poſſent auocari ꝑ hypothecariã,ſed illæ tm̃ quas penès ſe habebat obligans,

vel

vel erant alienatæ, poſtquam dies actoris venerat. Bar. in d.l.ſi conſtante, col.xii.q.iii.& Bal.in d.l.ubi, in v.col. Alex.in apoſtill.in d.l.cum tabernam.

Item limita, vt per eundē Alex.in conſi.xxx.col.iiii. vol.v.Cyn.in d.l.ubi adhuc, in xv.q.C.de iur.dot. Bald. in d.l.cum tabernam.ff.de pign.& in conſi. clxvii.col.ii. Limita, vt per Rui.conſi.xxxii.col.ii.vol.ii.

Item limita, vt per Guald.cautel.xix.de legat.

Et propterea prohibita alienari, non veniunt in obligatione generali. Bar.in l.codicillis.§.ab inſtituto.ff.de legat.ii. Bald.in l.i.C.quæ res pign.oblig.poſſ.in d.l.voluntas.C.de fideicomm.

Contrarium ſentit Iaſ.poſt gl.ibi * communiter approbatā in l.fi.col.xxviii.& ſeq.de iure emphyteo.

Hinc dubitatur, an feudalia veniant in generali obligatione, quia prohibita ſunt alienari: videtur ꝙ non veniant. Specu.in tit.de pig.circa fi. verſi. ſed nunquid feudum. Salic.in l.ſin.col.ii.C.de iure emphyt.Ro.& Alex. in d.l.ſi cōſtante.ff.ſolut.matri.ubi Alexan.col.x. Bald. in c. Imperialem.col.i.de prohibit.feud.alienat.per Federi.& in c.i.in primo not.de capitan.qui cur.vend. Guido Papæ in conſil.ccxiiii.in duobus locis, & in conſilio ccxv.& ccxviii. Caſſan.in conſuet.fol.cxxvi. colum. iii. Alex.in conſi.xli.col.i.vol.vi.

Et propterea reprobatur Bar. qui contrarium tenuit in d.l.ſi conſtante, xii.col.in iii.q.quem nititur defendere Io.Crot.ibi col.xliiii.& ſequen.Maria.Iun. in conſil. lxxii.colum.xii.

Sed contrarium procedit in rebus emphyteoticariis, quæ veniunt in generali obligatione. Ita tenet Bart.in d.l.ſi conſtante, col.xii.in iii.iiii.& ibi Alex. col.x.Ioan. Crot.col.xlv.apoſtill.ad Bald.in l.i.C.quæ res pign.obliga.poſſ. Guido Papæ in ſing. dccclvii. Trigon. ſingul. lxxxiii Grat.in conſi.lviii.col.iiii.vol.i.

Et facit, nam poteſt pignori tradi emphyteoticaria res, etiam ſine conſenſu domini: vt eſt tex.& ibi Bar. Bal. & Pau.de Ca.in l.tutor.§.fi.ff.de pign.act.

Contra-

Contrarium tenet Rom.in d.l.ſi conſtante, & ibi Io. Crot.colum.xlv.

Et quia iſtæ vltimæ auctoritates loquuntur in re em phyteotica, quãdo ſpecialiter pignori obligaretur, nos autem quærimus, an veniat in generali obligatione, ꝙ non veniat, ſentit Ang.in auct.de reſt. & ea quæ. tradit Alex.in conſi.xli.col.i.volu.vi. Iaſ.in conſil.cxxiiii. col. iiii.volumine quarto.

Prima tamen opinio uidetur * magis communis, vt per Alex.in d.l.ſi conſtante, col.x.& Ioan.Crot.col. xlv.Hiſpan.in ca.per veſtras, charta xxiii.colum.iiii.de donatio.inter vir.& vxor.

Et quòd in generali ſermone non veniant feudalia, Pariſ.in conſi.iii.col.i.vol. xiiii.& in conſil.xii. col. vii. & ſequen.ibi omnino vide volumi.i.

Nec appellatione bonorum, idem Pariſ.in conſil. vii. col.i.volu.i.& in conſi.xii.col.vii.vol.i.& col. ſequen.

An veniant bona feudalia in obligatione generali, Grat.conſi.liiii.col.i.volu.i.

Et propterea infertur, quòd in generali obligatione non ueniant bona alteri obligata. Calca.in conſil.xxix. colum.vi.& ſequen.

Hinc infertur, ꝙ res ſubiecta reſtitutioni ſideicommiſſi, non venit in generali obligatione.glo & poſt eam Ang.ibi in auth.de reſtit.& ea quæ parit.Iaſ.in d.l.fina. col.xxix.C.de iu.emph. & i cõſ.cxxiiii.col.iiii.uol.iiii.

Hinc infertur, quòd in generali obligatione non venit res dotalis uxoris. Bal. in d.l.ſi cõſtante.§.ſi maritus poſt Cyn & ibi hoc ſequuntur Rom.& Alex. & Iaſo.in d.conſi.cxxiiii.col.iiii.vol.iiii.& in d.l.fi. col. xxviii. & ſeq.C.de iure emphy Apoſt.ad Bal.in l.i.C.quę res pig. obl.& apoſtil.ad Bal.in l voluntas.C.de fideicom.

Hinc infertur, quòd in obligatione generali non uenit pecunia. Gomeſ.in d.§.Item ſeruiana, colum.vii. & viii.inſtitu.de actio.

Hinc infertur, ꝙ in obligatione generali non veniũt agri colendi inſtrumẽta. idẽ in d.§. Itẽ ſeruiana, col.xi.

Item

Itē nec res per quas conſulitur publicæ vtilitati,vt ibid. col.xi. Amplia principalē concluſionem,etiam in donatione,in qua ſi fiat donatio generalis bonorū,non veniūt ea quæ venirent in generali obligatione. Matthæſ. in ſing cxxxviii.Imol.& Rom.in l.ſtipulatio hoc modo cōcepta,vbi ēt Alex.col.vii.ff.de verb.oblig.& Iaſ. col.pe. & tamen illa opi.eſt contra opin.Bar. * cōiter approbatam ibid. Et iſtam opinionē cōtra Matthæſ.& alios tenet Dec.in c. ſedes,col.v.de reſcr.& in conſi.xxx.colum. pen.& in l.fin.col.pen.C.de pact. Limita,non procedere vbi effectus donationis cauſetur poſt mortē, quo tēpore non indigebat donans vllis rebus. Ita declarat Corn. in d.conſi.clxxvi.col.pen.& ſeq.vol.ii.

Adde.

Primò limita regulam vt procedat, quando oratio fuit generalis,ſecus ſi eſſet vniuerſalis,vt quia dictū eēt, omnia bona &c.ita colligitur ex doctrina Bar.in l.ſi pluribus.ff.de leg.ii.& in ii.colū. dum allegat l. obligatione generali.ff. de pig.& iſtud ponit Iaſo in l.i.C. de leg.

Adde.

Contrariū, ꝙ diſpoſitio d.l.obligatione generali. de pign.habeat locū,ēt vbi poſitū eſt verbum,omnia,ponit Bar.in l.ſi is.qui.§.vtrū,col.fi.ff.de reb.dub.& idem Bar. in l.codicillis.§.inſtitutio.ff.de leg.ii. Ang.in d.l. obligatione generali.

Adde.

Secundò limita,vbi non eſſent alia bona in bonis obligantis,quia illa venirent poſtquàm in aliis verificari nō poſſunt.Petrus Gerard.de Petra ſancta in ſingula.xxxv. Hippoly.in rub.de fideiuſſ.col.xliiii.& in l.1.§. ſi ſeruus. ff.de quęſtio.

Tertiò limita,non procedere in diſpoſitione facta in vltima voluntate, quia tunc concipit omnia bona, & nihil reſeruat,quia ceſſat indigentia poſt mortē. Corn. præcitato conſil.clxxvi.col.pen.vol.ii.

CONCLVSIO
Et Regula XLVI.

ARGVMENTVM.

Stipulari alteri regulariter nemo poteſt.

ALTERI ſtipulari nemo poteſt. l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.oblig.l. quo tutela.§.ſin.ff.de reg.iur.§.ſi quis alii, & §. alteri. Inſtitu.de inuti.ſtipu.& l. inter.C. de inutil.ſtipul.l.qui res.C. de donat.l.i. l.per quas perſonas.l.certi conditio.§. contrarium.ff.ſi cer.petat.

Primò amplia,vt nec fiſcus nec Reſpuſilica per perſonam ſibi ſubditam poſsit acquirere per ſtipulationē. Bart.per illum text.in l. prima in fin. princi. ff. de iure fiſc.& ſequitur ibi Ang.Bart.in l.ſi ita ſtipulatus.§. Griſogonus.col.i.ff.de verb.oblig.& ibi Imol.col.i.in fin, & ibi etiam Ang.col.i.Alex.col.iii.& ſeq.

Eſt verum,quòd in ciuitate tenebat contrarium Raphael.Cuma.in d.§.Griſogonus,dicens ꝙ per ciuem ciuitati & patriæ ſuę quæri poterat per ſtipulationem. Et eius opi.poſſe tolerari dicit Paul.de Caſt.ibi,tamen eam Alex.reprehēdit ibi. Et prima videtur eſſe * magis cōis opinio. Immo ēt officialis fiſci nō pōt fiſco ſtipulari,ſecundum Bal.in l.i.col.pen.C. per quas perſ.

Secundò amplia,ꝙ nec vaſallus domino ſuo ſtipulari poſsit,ita concludit Bart.in d.§.Griſogonus,col.i. & ibi Imol.col.i.& Ang.col.i.qui etiam dic it,ꝙ dominus non poteſt acquirere per ſtipulationem ſubditi ſui,& ſequitur ibi Alex.col.iii.& ſeq.

Tertiò amplia,vt nec libertus patrono ſuo ſtipulari poſsit,de hoc eſt tex.in d.l.ſi ita ſtipulatus.§. Griſogonus. ex illo text. not. ibi Bart. colum. i. Imol. colum.i.

Adde.

Alex.col.iii.Bar.in l.arbiter certa die.ff.de arbit. Iaſ.in d.§.alteri,in i.col.in v.ampliatione.

Quartò amplia,vt matri ex filii ſtipulatione non quæratur actio.l.debitor,in fi.ad Trebel.& ibi gloſ. & ponit ibi Bar.in ſummario, & ibi Ang. & Imol. etiam in ſummario,& not. Paul. de Caſt. in l. Gaius, in fin. ff ſolut. matr.Bald.in l.exequutorem, colum. iiii.C. de execut. rei iud. Salic.in l.ii.C.de contrahend. & commit. ſtipul. nec econtrà ex ſtipulatione matris quæratur filio. Bart. in l.quod dicitur,in vltima col.ff.de verb. oblig. & in l. pactum. C.de pact.conuent.

Adde.

Quintò amplia,vt nec conſanguinei poſsint ſtipulari pro conſanguineo.glo.eſt in l.fideiuſſoris , in glo. in verbo neque enim.ff. de pact. & ibi Angel.not. & Iaſo. in l.& hæredi.§. in his.ff. de pact.& in §. alteri. colum.i. in iii.ampliatione.Bart.in l.quod dicit,in fin. ff.de verbor.obligat .

Adde.

Sextò amplia,vt vicini probi & honeſti non poſsint vicino ſtipulari. Abbas in cap.paſtoralis.§.primo in fin. ff. de offic.ord. & ponit Iaſo.in dicto.§.alteri.in i.col.in iiii.ampliatione.

Contrarium in caſu illius text. in dicto cap. paſtoralis,§.primo.quod poſsint vicini honeſtæ perſonę ſtipulari,tenuit ibi Hoſt.& poſt eum Ioan. And. dum exemplificat illum text. publicis & honeſtis perſonis , ideſt vicinis honeſtis.& ſequitur ibi Imol.col.fi.

Septimò amplia,vt intereſſe affectionis non conſideretur,vt amicus amico ſtipulari poſsit. Bald. in l. fideiuſſoris.ff. de pact.& ibi Bald. & Paul.de Caſt.in l. hæredi.§. in his.ff.de pact. Bart.in l.vnica in vi. colum. C. de ſent.quæ pro eo quod intereſt.Iaſ.in d. §. alteri. colum.iiii.& in l.ſi vnus.§.i.ff.de pact.Iaſo.in l.i. col ii.ff. de in lit.iur.

Contrarium voluit glo.in l.ſi vnus.§.i.in glo.in verbo videmus.ff.de pact.& ibi Ang. & Paul. de Caſt. Iaſo. in conſi.xli.col.pe.in fi.vol.iii. Caſſa.in cõſuet.fol.cxlix. vol.iiii. Tenendo primam opinionẽ,quæ videtur ✱ cõ-

Adde

munis.

munis. Limita non procedere in contractu bonæfidei in quo ſubiecta eſſet ſtipulatio, ita videtur tenere Bald. Nouel.in tract.dotis in iiii.q.iiii.partis principalis. Iaſ. in conſi.xli.col.pen.volu.iii.& in §.in his,in l. & hæredi. col.iii.ff.de pact.

Octauò amplia, vt etiam intereſſe obligationis ad antidora & remunerationem non ſit ſufficiens, vt quis poſsit alteri ſtipulari.glo.in l.ſi tibi.§.ſi pactus,in glo.in verbo proderit, circa medium.ff.de pact. vbi text. & ibi Bald.in lect.antiqua. Adde.

Nonò amplia,vt aduocatus non poſsit clientulo ſuo ſtipulari. Bal.in l.vniuerſos.C.decuri.lib.x.& ponit Iaſ. in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler,col.vi.ff.de verb. oblig.

Decimò amplia in arbitro, qui nō poteſt ſtipulari his qui in eum compromiſerunt.Specu.in tit.de arbit.§.fin. verſi.ſed quid.ſi ſtipulatus. Abbas & Imol. in c. dilecti, de arbit.Ioan.Fab.in §.ſi alii, col.ii.Inſti.de inutil.ſtipu. Ant.de But.& Abbas in proœmio Decretal. colū. vii. ꝙ non acquirit ſine ceſsione.

Contrarium glo.in d.c.dilecti. Azo in ſumma de arbitr.ver.Quid ſi arbiter, col.ii. Specu.eod.tit.col.xxxv. in §.fin.Ang.in.l.iiii.§.item ſi in facto,ver.idem iuris.ff. de verb.oblig. Ioan.& Accurſius in l.litigatores.§.quod ait.ff.de arbitr. Adde.

Tenendo tamen primam opinionem,ꝙ non valeat ſtipulatio,limita illam procedere de iure ciuili,ſecus de iure canonico,ſecundum quod ſtipulatio valeret: vt declarat Abb.in d.c.dilecti.vbi videas etiam Imol.

Vndecimò amplia,vt non poſsit adminiſtrator communitatis ſtipulari ꝓ particularibus,ita declarat Corn. in conſ.lxxii col.ii.vol.iiii.

Duodecimò amplia, vt etiam naturalis obligatio nō oriatur, quando verba obligatiua & executiua confirmentur in tertium Ang.in d.§.ſi ſtipuler, col.i. & ſeq. & ibi Imol.col.ii.Alexan.col.i.Paul.de Caſt.in l.i. C. per quas perſonas col.ii. Adde

Decimotertiò amplia, vt iſto caſu quando verba, &

obligatiua executiua ſunt collata in tertium,vt non valeat ſtipulatio,etiam ſi interſit ſtipulatori. Angel.in l.i. ff. de ſtipul. ſeruorum, & ibi Imol. Paul.de Caſt.in d.§. alteri.colum.ii.

Adde.

Contrarium glo. in l.quodcunque gerimus, in glo.i. ff.de act.& oblig. Sublimitabat tamen Raph.in dicto §. ſi ſtipuler, quando verba obligatiua & exequutiua eſſent relata ad tertium in pacto,& intereſſent paſciſcentis,ſed reprobat Alex.ibi.col.i.

Primò limita in feudis in quibus frater fratri poteſt ſtipulari ſecundum Bald.& Sal.in l.fin.C. res inter alios act.& fuit originale dictum Odof. in ſumma ſua ſuper feudis in titu. qui poſsint ſuccedere in feud. Bald. in c. i. ſi vaſallus feud. priuet. colum. pen. & fina. & iſtam opin. ſentit Paul. de Caſtr. in conſi . cxlv. cliiii. incip. Quod iſtud feudum,refert & ſequitur Alexan. in conſil.x.colum.i.volu.iii. Aluarot.in cap.i.in prin.in fin.colum.de duobus fratribus de nouo beneficio inueſtitis,& iſtam partem dicit * communem.Curt. Iun. in tract. feud.in ii.parte.in xliii.colum.verſi.ſecũdò cadit neceſſaria dubitatio.Iacob.in tract.feud. verb.Nobiles.col.i. Alex.conſi.xcii.col.ii.vol.vi. Contrarium videtur tenere Bar.in l.ſi mihi & tibi,col.ii.ff.de verb.oblig.Iaſ.in d. §.alteri col.ii.in iii.limit.

Tenendo primam partem,quę videtur * cõis,limita illud procedere in feudo,ſecus in emphyteoſi,in qua frater fratri non poteſt ſtipulari,vt per Curt. Iun. in dicto conſi.lv.col.i.& ſeq. Contrarium in hoc Specu. in titu. de locat.§.Nunc aliqua.verſi.clxvii. & clxix. Alexan.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,col.ix.ff.de verb.oblig.

Addas multa.

Secundò limita in patre, qui poteſt ſtipulari filiis ſuis.l.quodcunque.§.primo.ff.de verb.oblig. l. quod dicitur,eod.tit.vbi limitatio etiam ponitur. Corn.in conſil.i.colum.i.volu.i. Pet.de Anch.in cap.quamquam. de vſur.in vi.colum.vi.Bald.in l.certi conditio. §. quoniã, colum.ii.ff. ſi certum pet. Bart. in dicto §. ſi ſtipuler, in prima fallent.Ang. in d.§.ſi inſula. in fin. Imol. in dicto

§.ſi

§. ſi ſtipuler, colum. pen. Alex. in l. quodcunque, in prin. ff. de verb. oblig. Adde.

Amplia, vt à filio emancipato pater ſtipulari poſsit, ita tenet Bart. in l. quod dicitur. colum. ſi. ff. de verb. oblig. Petr. Imol. & Paul. de Caſt. & Alexand. in d. l. quodcunque. §. ſicuti. Sali. in l. ſi quomodo. poſt glo. ibi & Bald. C. de iur. dot. & idem Sal. in l. pen. C. de pact. conuent. Adde.

Contrarium Iaſ. in dicta l. quodcũque. §. ſicuti. et Io. Fab. in §. ei qui, col. i. inſtit. de inutil. ſtip. Bald. in l. certi conditio. col. iii. ff. ſi cert. pet.

Amplia in liberis etiam poſteà natis, vel conceptis poſt mortem ſtipulantis, vt eſt tex. & ibi glo. in l. ſi operas. ff. de oper. libert. in l. Paulus. §. Paulus. ff. de bon. lib. Bart. in dicta l. quod dicitur, colum. fina. ff. de verb. obligat. Ioan. Fab. in §. ei verò. colum. fina. inſtitu. de inutil. ſtipul. Contrarium Ang. ibi colum. fina. in dicta l. quod dicitur.

Amplia hoc vltimum, quòd filius patri ſuo ſtipulari poteſt, etiam ſi ſit filius emãcipatus. Imol. in l. debitor, in fin. ff. ad Trebel.

Tertiò limita, nam valet ſtipulatio facta alteri, quãdo eſt facta ſtipulanti nomine alterius, vel ipſi recipienti pro altero, vt ipſe ea cedere teneatur illi cuius nomine eſt ſtipulatus, glo. in l. huiuſmodi, in glo i. & ibi Bart. & Ang. & Imol. & Paul. de Caſt. & Alex. glo. in d. §. alteri, in verbo ſupradictum eſt, in vltima parte. Inſtitu. de inutil. ſtipu. & ſequitur ibi Io. Fab. & Angel. Aret. glo. in. l. pen. in verbo ſtipulatus. ff. de neg. geſt. & ibi not. Bart. & Paul. de Caſt. in l. quæcuuque gerimus, in glo. prima. ff. de act. & oblig. & ibi Bart. & glo. in l. omnibus, in glo. i. ff. de prætor. ſtipul. Adde.

Contrarium Iacob. de Aren. in d. §. alteri, vbi ẽt Iaſo. col. iii. & ſentit etiã contrarium Felin. in c. ſi cautio, col. ix. ver. Fallit ii. de fid. inſtrum.

Quartò limita, nam valet ſtipulatio facta alteri, quãdo verba promiſsiua ſunt relata ad ſtipulantem in alterum, ſi modò ſtipulantis interſit. gloſſ. in l. ſtipu-

latio iſta.§.ſi ſtipuler. ff.de verbo.oblig.in verbo fieri,& ibi Bar.in §.ſi ſtipuler,ver. ſecundus modus, & in d.§.alteri,in prima oppoſ. Cyn. in l.pacto ſucceſſorum. C. de pact.Paul.de Caſt.in conſi.clxxi.colum.fin. volumi.iii. Angel.colum.fin.in dicto §.ſi inſulam.Imol.in d.l.ſi ſtipuler.col.iii.Paul.de Caſt.in d.§.alteri.colum.fin.Alex. in d.§.ſi ſtipuler,colum.i.Iaſo.colũ.iii.Corn. in conſi.ii. col.ii.volu.i.Iaſ.in l.i.col.pen.ff.de pact. Licèt contrariũ tenuerit Raph.Cuma.& Raph. Fulg. in d.§.alteri. quæ fuit opinio Chriſtoph.de Caſtel. in l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti.§.poſſum.ff.de verb. oblig.

Ex iſta quarta limitatione infertur, quòd contutor qui ceſsit adminiſtrationem contutori, poteſt ſtipulari à contutore rem pupilli ſaluam fore,vt eſt tex.in d.l. ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler. Item reus principalis fideiuſſori poteſt ſtipulari.l.ſi vnus.§.quod ſi cũ reo.ff. de pact. & ipſe creditor ex ſtipulatione facta ad vtilitatem debitoris ſui agere poteſt,quando ſua intereſt, vt eſt text.in d.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.poſſum & ibi Bar.

Quintò limita,quia quò ad naturalem obligationem valet ſtipulatio facta alteri,etiam quòd ſtipulantis non interſit,quando verba obligatiua ſunt in ipſum ſtipulantem collata, vt not.gloſſ.in dicto.§. alteri, in verbo nihil intereſt, & ibi Bart.colum. ſecunda. Angel. in dicto §.ſi inſulam.colum.prima. Imol.in dicto.§.ſi ſtipuler, colum. ii. Alexand.colum. ii. Iaſo. colum. vi. & ſequen. Bart.in l.cum lege,colum.prima.in fin. ff. de fideiuſſ. & ibi Angel. colum.ii. Bart. in l.ſi non ſortem, in princi. ff.de condi.indeb. Angel.in l.prima.ff. de pact. Alex. in conſi.lxvi.col.pen.volumi.vi. Corn.in conſi.ii.colum.ii. volu.i.& in conſi.ccxi.col.ii.vol.iii.Aret.inſtit. de inut. ſtipu.in d.§.alteri.col.ii.

Et ita etiam credo voluiſſe alios, qui tenent quòd in caſu dicti §. alteri, nulla obligatio, etiam naturalis oriatur,& ſic opiniones reducuntur ad concordiam.

Limita iuxta præcedentem limitationem, quòd de iure canonico valeat ſtipulatio facta, quia cum ius canonicum

nonicum attendat naturalem obligationem tantùm, c. primo de pact. & ex ſtipulatione facta alteri oriatur naturalis obligatio, iuxta præcedentem limitationem, certè attento iure canonico ſtipulatio alteri facta valere debet. gloſſ. in cap. quoties cordis. prima quæſtio. vii. Imol. in dicto §. ſi ſtipuler, colum. ſecunda. & dicit ibi Imol. cum illa gloſſ. tranſire Docto. * communiter, & idem dicit in dicto §. alteri, colum. iii. Angel. in l. i. ff. de pact. ⁒ Adde.

Contrarium tamen, quòd etiam iſto caſu ſtipulatio efficaciter non valeat, etiam de iure canonico. Rom. & Angel. in dicto. §. alteri, colum. prima. & ibi Imol. colum. ſecunda. & ſequen. Alexand. colum. ii. & Iaſo. colum. iii. Abbas in cap. ſi cautio, colum. iiii. de fid. inſtru. & colum. ſeq. Adde aliqua

Et tenendo iſtam vltimam opinionem, dicendum eſt, quòd licèt non ſit efficax ſtipulatio facta alteri, etiam de iure canonico, vt agi poſsit actione ordinaria, poteſt tamen agi via denunciationis euaagelicæ in foro conſcientiæ. Imol. in dicto §. alteri, colum. iii. Corn. in conſi. ii. colum. ii. volu. primo. Alexand. in dicto §. alteri, colum. ii. Anto. de But. in cap. ſi cautio, in x. colum. & ibi Abbas colum. iiii. Vide memoriale noſtrum cxv. in iiii. fallen.

Septimò limita ſtante iuramento, ſecundum quod validatur ſtipulatio facta alteri, ita videtur tenere glo. in dicto cap. quotiens cordis x. quæſtio. vii. Bart. in l. ſi quis pro eo, colum. iiii. in fin. in vi. membro Anto. de But. & Imol. in cap. cum contingat, colum. xxii. de iureiur. Ioan. Fab. in §. ſi quis alii. colum. iii. inſtit. de inutil. ſtipul. Anto. de But. & ibi Abbas in viii. col. in proœmio Decretal. & ibi Fel. in verbo Gregorius, colum. vi. glo. conſuet. Neap. fol. xxxviii. in glo. in verbo Prӕterquàm. Beltran. in conſi. xcv. col. iiii. vol. ii. & in cõſi. lxxv. & in conſi. lxxxix. col. i. eo. vol. iii. Bal. in auct. ſacramenta puberum. col. ſi. C. ſi aduerſus vẽdit. in l. pactũ, in ix. q. C. de collat. in rub. C. res inter ali. act. colum. ii. Petr. de

Anchar. in clem. i. de vſur. & in cle. ii. de iureiur. Rom. in §. ſi ſtipuler, colum. pen. in l. ſtipulatio. ff. de verb. oblig. Alex. in d. §. alteri col. ii. in fin. & ſeq. & in conſi. clxxxv. col. fi. vol. vi. Chriſtoph. Porc. in d. §. alteri. colũ. i. inſtit. de inutil. ſtipul.

Adde aliqua.

Contrarium tenuit Corn. in conſi. ccxi. col. ii. & ſeq. vol. iii. Salic. & Iaſ. qui dicit Vltramontanos ita * cõmuniter tenere in d. auth. ſacramenta puberum. col. xix.

Octauò limita fauore piæ cauſæ cuius ratiõe valet ſtipulatio alteri facta. Bal in l. illud, in i. col. in fin. C. de ſacroſanct. eccl. & ibi Paul. de Caſt. in finalibus verbis. Felin. in procemio Decret. in verbo Gregorius. col. vii. refert & ſequitur Ang. Aret. in §. cũ aũt. colum. ii. Inſtit. de act. Fel. in c. ſi cautio. col. vii. de fide inſtr. Corn. in conſi. ccxi. col. ii. volu. iii. Contrariũ voluit Ang. & Imol. in d. l. ſtipulatio. Specu. & ibi Io. And. in tit. de arbit. §. ſequitur, col. xvii. ver. ſed pone compromiſſum, & in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſi. lxxiiii. & hoc videtur voluiſſe Bald. in l. certi conditio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. petat. vbi dicit eſſe ſpeciale in eccleſia Romana. idem ſentit glo. in l. eum qui. §. ſed ſi quis. ff. de conſt. pecu.

Adde.

Limita fauore dotis cuius inductum eſt, vt valeat ſtipulatio alteri facta. l. Gaius. ff. ſolut. matrimo. ponit Bald. Nouell. in tract. dotis in ſexta parte princi. in xxii. priuilegio & ſequen. Iaſo. in dicto §. alteri, colum. prima. in fin. & ſequen. in ſecunda limitatione, & voluit gloſſ. in dicta l. Gaius, in verbo ſed permittendum eſt, & ibi Bart. in iii. not. & Imol. in princ. colum. prima in notabilibus & ibi Paul. de Caſt. col. fina. Ang. in l. pactum. C. de pact. conuent. Alexã. in d. §. ſi ſtipuler col. iiii. Iaſ. ibi. col. viii.

Adde aliqua.

Contrarium ſentit Bart. in dicto §. ſi ſtipuler, colum. fina. dum ponit aliam rationem ad text. in l. Gaius. ff. ſolut. matrimo. vltra fauorem dotis in octaua fallen. & idem facit Bald. in l. ſi quomodo. C. de iure dot. & in l. certi conditio. §. ſi nummos, colum. iii. ff. ſi cert. petat.

Adde.

Decimò

Decimò limita fauore libertatis, cuius fauore valet ſtipulatio alteri facta, vt eſt tex. & ibi no. gl. in l. quotiēs C. de don. quæ ſub modo. & ibi Bal. & Sal. & Pau. de Ca. in l. debitor. §. fi. ff. ad Treb. Adde.

Contrarium, quòd immo etiā fauore libertatis non valeat ſtipulatio alteri facta, niſi quando fit ſuper re donata per donantem in fauorem tertii, ſecus ſi ſuper alia re. eſt tex. in l. cum res. C. de donat. & propterea Barto. in dicto. §. ſi ſtipuler, in nona fallen. dicit, quòd in dicta l. quotiens, ideo valet ſtipulatio facta alteri, quia interponitur ſuper re donantis, licèt non duret ſua. & illo caſu tantùm ſpeciali fauore libertatis ualet donatio idem ponit Bar. in d. l. quotiens, & ibi Ang. Adde.

Vndecimò limita ſtante conſuetudine, quòd ex ſtipulatione alteri per alterum facta quæratur obligatio efficax: ita per illum tex. in d. l. certi conditio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. peta. ibi Roma. & Alex. in vlti. not. & ibi etiam Iaſo. in vltimo etiam not. Adde.

Duodecimò limita ſtante ſtatuto in loco, quòd alterī per alterum quęratur ex ſtipulatione: ita tenet Bald. in cap. quæ in eccleſiarum, col. penult. de conſtit. Iaſo. in d. §. alteri, in prima. col. in i. limitat. in d. §. ſi nummos, in vltimo notabi. Adde.

Decimotertiò limita, nam ſacerdos poteſt alteri ſtipulari. Guid. & Barto. in l. i. §. huius ſtudii, col. fin. ff. de iuſti. & iur. & ibi Ang. Pau. de Caſt. & Iaſ. colum. i. Ant. de But. in proœmio Decretal. col. penul. Inno. in c. dudum, in prin. de conuerſ. coniug. Multa deſunt.

Sublimitat tamen præcedentem limitat. Abbas in dicto capit. dudum, colum. fina. vt procedat in parochiano ſiue curato, & non in alio ſacerdote. iſtam ſublimitationem reprehendit Iaſ. in dicto §. huius ſtudii. et apoſtil. ad Abbatem in d. c. fi. de conuerſ. coniuga.

Decimoquartò limita in iudice, qui poteſt alteri ſtipulari. glo. in §. ſi quis alii, in gl. in verbo nihil agit. inſtitu. de inutil. ſtipula. in iii. fallen. Barto. in d. §. ſi ſtipuler, in iii. fall. Spe. in ti. de primo & ſecundo decreto in §. de

affectu.

Primò limita, niſi hæres remiſiſſet iſtam cautionem, quia hæres poteſt illam remittere,vt notat glo.in d.l.i. & ibi Bart.col.i.ver.ſed nunquid,& ibi Sal.colū.i.in i. q. & Alex.in conſi.cxx.col.fi.in fi.volu.vi.glo.ii. in fi. in c. fi.de pign.& ibi Imol.col.ii.& glo.& ibi.Bal. in l.i. ff. de vſufruct.Alex.in l.quod de bonis.§.frater.ff.ad l.falcid. vide ſupra in vi.ampliatione. Adde quòd & vſufructu conſtituto inter viuos vſufructuarius poteſt conſequi à proprietario remiſsionem cautionis.Bal.in d.l. i. col.ii. ver.ſed pone conſtitutio.C.de vſufructu, & ibi Ang. in fi.& Sal.colum.i.

Secundò limita,quia donans & reſeruans ſibi vſumfructum,non tenetur ad talem cautionem, ita tenet Io. de Plate. in §. ſunt præterea,verſi. ſed & ſiquis. Inſtit. de donatio. Corn. in conſi.cclxvii. colum.iii. volu. iiii. Socin.in l.omnes, in iii.not.ff.de except. Deci.in conſ. cclxv. colum. fina. Ioan. Anto. Alexand. in conſi.dliiii. col.fi.Gozad.in conſi.xci.col.ii.& xcv.col.fi.

Tertiò limita in eo vſufructuario ad quem eſt certum poſt tempus obuenturam proprietatem, vt eſt tex. in l.ſi vſufructus.§.planè.ff. vſufruct. quemad. cauea. & ibi gloſſ. per gloſ. in cap. fina. de pignorib. per Corn. in conſi.cclxvii.colum.iii.volumi.iiii.Abb.in d.c. fina. colum.ii.& Imol.col. iiii.

Quartò limita, quia fiſcus non præſtat talem cautionem,ſi ei ſit vſusfructus relictus, per text.in l.prima. §.ſi fiſco. ff. vt legat. nom. cauea. ponit glo. in dicto c. fina.de pign. & alii non impugnant,& ponit glo.in dicta l.ſi vſufructus.§.planè.

Quintò limita in patre, qui eſt vſufructuarius bonorum aduenticiorum filii, & tamen cautionem non

præſtat. l. fina. §. hæc proculdubio. C. de bon. quæ liber.glo.in dicto cap.fina.colum.iiii. & gloſ. in l.ſi vſufructus.§. planè.ff.vſufruct. quemad. caue. Ruin. conſil.xliii.colum.i.volu.ii. Quod intellige, ſi res eſt tradita vſufructuario per proprietarium vel ipſo ſciente poſsidet,aliàs non facit fructus ſuos non præſtita cautione,vt ſuprà in ii.ampliatione.

Sextò limita, quia talis cautio debet peti. Deci. in conſi.Dcvii.& Dcviii.& idem Ioan. de Garo. in d. auth. ex teſtamento, nūme.xxxiii. C. de ſecund. nupt. Pariſ. in conſi.xcv.col.vi.volu.ii.

Septimò limita,quãdo quis eſſet inſtitutus poſt mortem vſufructuarii, quia non eſt cui cautio præſtetur, idem Pariſ.in conſi.xcv.colum.vi. volu.ii. & conſi. lxi. colum.ſi.volu.iii.

CONCLVSIO XIX.

ARGVMENTVM.

Nepoti quomodo ſuccedatur ab auo paterno & materno.

SI AD ſucceſsionem nepotis concurrant auus paternus & maternus, dicũt aliqui, quòd in paternis bonis ſuccedat auus paternus,in maternis ſuccedat auus maternus. Ita tenet Bart. in l. quod ſcitis. §. i. C.de bon. quę liber. vbi etiam Paul. de Caſt. Bart. in authen. itaque. C. communia de ſucceſſ. & ibi Angel. Bart.in conſi. ccxv. Roman. in conſi. xl. Pet. de Anch. in conſi.cccxlix. Fulgo.in conſi.lxvi. Abb.in cõſi. lxxv. in ſi.volu.i. & iſtam dicit veriorem & * magis communem Alexand. in conſi. clxviii.volu. vii.& in conſi. xlii.col. fina. eod.volu.licèt non planè firmet vnam vel

alteram partem,& in conſi.cl.col.ii.vbi dicit iſtam communem opin. Matthæſ.in tract. ſucceſſ. ab inteſta. Bal. Nouel.in tract.dot.colum.lxiiii.& ſeq.Cãpeg.in tract. dot.in iii.parte. q.ibi.Iaſ.in l.poſt dotem, colum. fin.ff. ſolu.matri.Corn.licèt non plenè ſe firmet in cõſi.xlvii. colum.ii.volu.i.Iaſo.in conſi.cxxv.colum. iiii. volu.ii. Bald.in conſi.lxix.colum.i.& ſequen.Ioan. Anto. Alexand. in conſi. lxxix. vbi dicit iſtam ⁎ communem, Guid. Pap. in conſil. xxx. in fin. Caſſan. in conſuetu. cclxiii.colum.iiii.& cclxvii.colum.iii. vbi, etiam limitat. Guid. Pap. in ſingula. ccccliii. in fratribus iſtam dicit communem,& ampliat Beltrand. in conſi. ccxxxvii. volumi. iii. Loffred. in conſi. xxxii. colum. iii. Marian. Socin.Iun.conſi.xii.colum.ii. Tiraquel. de retract. fol. ccxxi.& ſeq.Boer.deciſ.cxlii.vbi dicit communem in fi.

Et iſtam ſatis ſuſtentabilem in deciſiuis dicit Corn. in dicta l. quod ſcitis.§.primo. colum.ſecunda .C. de bon. quæ lib.

Et facit pro iſta parte, quia in prouentis à matre mater patri præfertur, ſecundum Bart. in dicta l. poſt dotem,in fi.ff.ſolu.mat.& ibi.Imol.& Rom. in d. conſi. xl. Campeg. in tract.dot.in iii.parte q.ibi. 161

Contrarium quòd immo diuiſio fiat æqualiter inter auum paternum & maternum in omnibus bonis non attento quomodo bona prouenerant, voluit Roman. & Bald. & Salic. in dicta l. quòd ſcitis. §. primo. C. de bon. quæ lib. Din.Cyn. Alber. & Fulgo. in authen.defuncto.C.ad Tertul.colum.ſecunda. Salicet. in authen. Itaque.C.communia de ſucceſſ. Capra in conſi.xxxiiii. Corn. in conſi. xciiii. in ſubſcriptione in ſecunda colum. & in fin. colum. dicit quòd plures . Doct. ⁎ numero & maiores auctoritate tenent contra Bartol. in conſi.cclxxxvi. in ii.colum.& ſequen. vſque in fin. volumi.primo.& in conſi.cclxv. volumi.iiii.& in conſi.vii. in iii. volumi. tam in conſi. quàm in ſubſcriptione, & Corn. in dicta l. quod ſcitis.§.primo.C. de bon. quæ libe. Beltrand.in conſi.xcv.volu.iii.

Idem

Idem eſt in fratre conſanguineo & vterino. Tiraquell. de retract. fol. xxii. vbi etiam declarat. Boer. deciſio. clxxxv. glo. conſuet. Turon. fol. xcii. colum. iiii. Sed non procedit in vlterioribus. Beltrand. in conſil. lxxxiiii. volu. iii. colum. fina. & non procedit etiam in filiis fratrum, vt ait Tiraquel. de retract. fol. ccxx.

Item non procedit in tranſuerſalibus, vt in auunculo, & patruo. Beltrand. in conſi. ccxxix. colum. fin. vol. iii. Aymo conſi. clxxvi. Tiraquel. de retract. fol. ccxxi.

Item non procedit in aſcendentibus, Pariſ. in conſi. lix. col. vi. vol. iii.

Nec pro debitis contractis reſpectu bonorum paternorum recurrendum tantùm eſt ad auum paternum, nec econtrà, ſed de communi debet ſatisfieri creditoribus. Brun. in tract. quod ſtant. maſcul. fol. lviii. colum. iii. in fin.

CONCLVSIO

Et Regula XX.

ARGVMENTVM.

Domus eſt cuique tutiſsimum refugium, ſic vt in ea minimè quis capi valeat.

NON poteſt quis capi in domo. l. plerique. ff. de in ius vocando.

Primò amplia etiam ſi domus nõ ſit propria, ſed eam inhabitet. ita Bart. Alber. Guil. Bal. Paul. de Caſt. & Iaſ. colũ. i. in d. l. plerique. Marian. in tract. citat. colum. lxxii. Paul. de Caſt. in conſil. ccxi. incip. Viſo puncto infraſcripto, in prima parte, & in conſi. xcii. incip. Notãdum ꝙ ſi domus, col. i. Maria. in tract. citat. col. lxxxi. Deci. in regula nemo. ff. de reg. iur. Ferrat. cautel. xxii.

Secundò amplia, etiam ſi ſit domus in qua quis ſit immiſſus iu poſſeſsionem ex primo decreto per iudicē. Ferrat.caut.xxii. Iaſ.in d.l. plerique. in i.colum. allegat Bald. in authen.& qui.C.de bon.autor. iud. poſsid. Tamen iudicio meo Bald. in dicta auth.colum.xv. ver. Pone miſſus, tenet contrarium, quia concludit quòd cautio facta in dicto loco tanquam facta domi, non valet quia non dicitur habitare in d.domo, ſed morari, & propterea non venit propriè appellatione domus, & loquitur de citatione verbali, non de reali. Ipſe autem Iaſ. intelligit quòd ſicut realis facta domui non valet, ita nec facta in domo, in qua miſſus eſt in poſſeſsione ex primo decreto. Sed Bald. hoc non dicit, immo dicit, ꝙ citatio facta in dicto loco non dicitur domi facta.

Tertiò amplia, ēt ſi habitaret in Capanna vel caſsina. Rom.in d.l.plerique.& ibi Alex.& Iaſo.col.i. Maria. in tract.citat. colum. lxxii. Ferrat. cautel. xxii. Boer. deciſ.ccxxx.nume.4.

Quartò amplia, ēt ſi ſit domuncula vel parua caſa, vt per Iaſ.in d.l.plerique.col.i.

Quintò amplia, etiam in ſtabulo iuncto domui, quia reputatur pars domus. Iaſo.in dicta l.plerique. col.i.in fi.vide in viii. ampliatione.

Sextò amplia, etiā ſi quis in naue caperetur. Alber. de Roſat.in l.pen.per illum tex.ff.de his quæ deiec. vel effud.in §.fina. & in ii. parte ſtatutorum quæſtio. xxxv. Contrarium Roman.in l.prima.§. diui el ii.ff. ad ſenatuſcon. Syl. Iaſo.in dicta l.plerique. Corſet. in apoſtil. ad Alexand. in l. plerique. Deci. in regula nemo.ff. de regu. iur. tenet primam opin. diſtinguentem primam opin.in qua ſolebat moram facere & commorari, & non haberet aliam habitationem, vt ſunt iſti nautæ, per illud quod de capanna dicit Maria. in tract. citat. col.lxxii.in iiii.ampliatione.

Septimò amplia idem in molendinario, ſi habitaret in molendino, vt per Iaſ.in loco præalleg.nec quicquam facit in contrarium illa opin. quòd cenſeatur

ruſticum

ruſticum prædium, prout etiam dicitur in naui in præ cedenti ampliatione, quia iſta diſpoſitio procedit in vrbano & ruſtico prædio, in quo quis habitationem faceret. Marian. in tract. citat. colum. lxxii. in iiii.ampliatione.

Octauò amplia in horto iuncto domui, vt per Iaſo. in dicta l. plerique.colum. ii. facit quod dictum eſt in quinta limita. Marian. in dicto tract.citat.col.lxxii. in quinta ampliatione.

Nonò amplia, etiam ſi cauſa ſit criminalis, ex qua pœna veniat parti applicanda, ita ſentit Bart.in conſi.clxix. incip.Statuto ciuitatis Tuderti. Iaſ.expreſsè in d.l.plerique.colum.ii.

Decimò amplia, etiam ſi ſumma debita ſit maxima. Alber. de Roſat.in dicta l.plerique, qui dicit Doct. ita ✻ communiter tenere, & Iaſ.in ii.col.ibid.

Vndecimò amplia etiam ſi in illa domo non habitaret toto tempore anni, quia ſatis eſt, quòd habitet eo tempore quo captus eſt, ita Marian. in dicto tract. citat. colum. lxxi. in prima ampliatione, & in eodem tract. colum. lxxxi. Deci. in regula nemo. ff. de regu. iur.

Duodecimò amplia, etiam ſi oſtium ſit apertum. Marian.in tract.citat.colum.lxxiiii.Paul.de Caſt.in d.l.plerique, colū.i.in fin.Alexan.colum. fin. & dicit Marian. ita ✻ communiter teneri, quamuis Ang. teneat contrarium in d.l.plerique.

Decimotertiò amplia, etiam in hoſpitio ſecundum Paul.de Caſt.in conſi.ccxi.volu.i.Dec.in d.regula.l.nemo.ff.de reg.iur.etiam ſi vt viator eſſet in hoſpitio. Intellige, quando ibi commorabatur, non ſi vt viator, vt in ſecunda limitatione.

Decimoquartò amplia, quia ſicut non poteſt extrahi de domo pro cauſa ciuili, ita nec pro cauſa ciuili poteſt extrahi de ciuitate, vel prouincia. Salic. in auth. ſi verò, colum.fina.de adulte. Felin. in c.fin.col.xii. de foro compet.

Primò limita, vt non procedat in apotheca, quia in ea quis poteſt perſonaliter capi, ſecundum Paul. de Caſt. Alexand. & Iaſo. in dicta l. plerique, & Paul. de Caſt. in conſi.xcii. volumi.i. facit quod not. Bart. in l. i.ff. de liber.agnoſ. in l.iiii.§. prætor ait.ff.de damn.infect. vbi citatio facta in apotheca non dicitur facta domi.Marian.in tract. citat. colum. lxxx. & ſeq. idem in principali concluſione tenet Salicet.in conſi. ſuo incip. Cum quæritur, an prohibitus. Corn. in conſi. cc. colum.v.volu.iii.& in conſi.cciii.volu.i.Paul.de Caſt. in l. cætera.§.hoc ſenatuſcon.ff.de leg.i.

Contrarium colligitur ex not. per eundem Paul. de Caſt.in conſi.ccccliiii.volu.i.

Secundò limita, quando quis caperetur in taberna, & eſſet ibi velut viator, non animo ibi commorandi, vt not. Iaſo.in dicta l. plerique. colum. ſecunda in ſecunda limit. Paul.de Caſt. in d.conſi.ccxi.volu.i. Bald. in l.ſed etſi.ff de in ius vocan.Dec.in dicta regula l.nemo. Felin. in cap. quoniam, colum.prima. de offic. ordinar. facit quod not. Bald. & Flor. in l. i.§. habitantem. ff. de his qui deiec. vel effuder. quòd citatio facta in hoſpitio non cenſetur facta domi. Tiraquel.de retract.fol.cxciii.facit quod not.Bal.in l.ea quæ, in fin. C.quomodo & quando iud.

Tertiò limita, nam in porticu domus poteſt quis capi. Angel. Alexand. Paul. de Caſt. & Iaſo. in dicta l. plerique. Bald. in l. ſed etſi. ff. de in ius vocand. Imol. in dicta l. cætera .§. hoc ſenatuſconſ. ff. de leg. primo. & ibi Alexand. & Iaſo.& quod factum in porticu, non dicatur factum in domo. Bart. Angel. Imol. Paul. de Caſt. Alexan.& Iaſo.in dicto §. hoc ſenatuſconſ. Bald. in rubr. ff.ſolut. matrimo. colum.prima.in fin.Marian. in tract.col.lxxii.

Contrarium Bald.in dicto §.hoc ſenatuſconſult.Calçan.in conſi.lxx.col.ii.& conſi.lxxii.

Quartò limita, quando quis eſſet in oſtio domus extra clauſuram, quia capi poſſet. Angel. Alexand. &

Iaſo. in d.l.plerique.& ſentit ibi Pau.de Caſt.dum loquitur de porticu. Signo.Homod. in conſil.xlvi.quòd poteſt capi in limine portæ, Imol. in dicta l. cætera.§. hoc ſenatuſconſult.

Facit quod not. Bart.in l.i.§.iiii.ff. de cloacis.Imol.in dicta l.cætera.§.hoc ſenatuſconſul. & in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de liber.& poſthum.Iaſ.in dicto.§.hoc ſenatuſconſul.circa finem Marian.in dicto tracta. citat. colum. lxxii. qui ſublimitat dictam concluſionem, niſi aliqua pars corporis, vel membrum eſſet intra clauſuram, ex mente Ioann.Petrutii, & dicit iſtam opin. æquam & fauorabilem, licèt ipſe de ea dubitet.

Quintò limita, quando quis caperetur in ſchalis et domi affixis, ſed extra domum exiſtentibus: ita Iaſo. in dicta l.plerique.in tertia colum. per Bald. & alios in l.fiſtulam.§. ſchalis.ff.de ſeruitut. vrbanor. prædiorum. Licèt contrarium teneat Roman.in d.l.plerique.

Sextò limita: nam in domo aliena capi poteſt. Alberic. Roman. Alexand. & Iaſon in dicta l. plerique. quod intelligunt ibi Roman. Alexand. & Iaſon procedere, niſi dominus domus prohiberet. Deci. reprobat in dicta l. nemo. ff.de regulis iuris iſtam ſublimitationem. & ibi etiam Iaſ. ſublimitat, niſi eſſet domus viri, vxoris, vel patris, etiamſi filius ſit emancipatus, quia reputatur propria domus.

Septimò limita, vt etiã in domo propria poſſit quis capi, quando in illa non habitat. Alberi. in d. quæſtio. xxxv.in ii. parte ſtatutorum.Iaſ.in d.l.plerique.col.iii. Maria.in tracta.citat.colum.lxxii.in prin.facit quod no. Bal.in l.nec in ea.ff.de adulte.Deci.in d.l.nemo, in prin. ff.de regu.iur.

Octauò limita, quia poteſt capi in domo propria ad effectum, vt acceptet officium publicum, ad quod eſt deſignatus.l.ex omnibus.C.de decurio. vbi Bartol. hoc expreſsè ponit, & ibi & Ioann. de Platea, & Angel. & Roman.in l. quarta §. prætor ait, in primo notab.ff. de dam.infect.& Roma.in d.l.plerique. vbi etiam Alexan.

xan.& Iaſ.Paris de put.in tract.ſyndi.charta xxviii.col. ii.Ferrat.cautel. xxii. licèt contrarium ſentit Alber.ibi.

Nonò limita in obligatione ad factum, ad quod præcisè tenetur: quia pro tali obligatione poteſt capi in domo.Bal.in l.ex omnibus.C.de decur. Iaſ.in ix.fall. in d. l.plerique.& in l.ſtipulationes non diuiduntur.col.pen. in fi.ff.de verbo. obl.& in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te, colum.i.eod.titu.

Decimò limita, ſtante iuramento propter quod præcisè poteſt compelli.Ferrat.cautel.xxii.

Vndecimò limita in debitore ſuſpecto de fuga, qui ēt in domo capi poteſt:vt tenet Bal.in lect.antiq. Iaſ.in x. fallen.in d.l.plerique.& idem Iaſ.in l.i.§. ſed excipiuntur,colum.fina.ff.de fer.& idem Iaſ.in l.vinum, colum. iii.ff.ſi certum petatur.

Duodecimò limita in cauſa criminali in qua poteſt, quis capi,etiam in propria domo.glo. in d.l.nemo.ff.de reg.iur.glo.in l.ſed & ſi.ff.de in ius vocan.Bar. in conſi. clxix.& in l.ex omnibus.C. de decur.libr.x.in l. cum ex eo.ff.ad leg.Iul.pecul.Bal.in l.ſed & ſi,in prima lectu.& ii.ff.de in ius vocan.Ang.in d.l.plerique.cum l.ſeq.Pau. de Caſt.in d.l.plerique.col.fi.Alex.col.i.Iaſ.in ii.fallen. ibid.Maria.in d.trac.citat.col.lxxiii.Paris de put. in tracta. ſyndica.charta xxvii.colum.ii. Ferrat.cautel. xxiii. Feli.in c.i.colum.v.de ſponſa.

Decimotertiò limita,quando iudex feciſſet pręceptū alicui, qui ſe contineret domi, quòd deberet coram ſe comparere ſub certa pœna fiſco applicanda: quia tunc ſpreto mandato,etiam in propria domo capi poteſt.Bartol.in d.l.cum eo.ff.ad l.Iul.pecu.Petr.de Ancharan.& Inno.in c.i.vbi Imo.col.v.Pau.de Caſt.& Alexan.in d.l. plerique.Roman.in l.iii.§.prætor ait.ff.de dam. infect. Angel.in §.fina.col.ii.inſti.de act.Cæpol.cautel. fi. Maria.in trac.cit.col.lxxiiii Gomeſ.in c.i.charta.ix.& ſeq. de iudi. in vi.Ferrat. cautel. xxii. licèt dicat quòd cum difficultate poterit practicari, & ponat remedia contra tale præceptum.

Contrarium

Contrarium Roma. in l.ſatis.ff.de in ius vocand.Iaſ. in d.l.plerique.& in l.in pecuniariis. C.de procur. Paris de put.in tract.ſynd.charta xxviii.col.ii. & allegat Abb. in c.ad petitionem,de procur.Sed in libro meo hoc non dicit,vt perpendit Gomeſ.qui reprobat Iaſo. in d.cap.i. charta ix.& ſequen.

Decimoquartò limita in debito fiſcali, quia pro illo poteſt quis capi,etiam in propria domo.Bal. in lect. antiq.& ibi Iaſ.in d.l.plerique in xii.fall.per tex.in l.ſacrilegii.in fi.ff.ad l.Iul.pecul.allegat etiam Iaſ.not. in l.nemo carcerem, de exact. tribut. lib.x. Sed ibi dicitur, ꝙ poteſt capi, non autem quòd poſſit in domo capi. quia hoc ibi nullus doctor dicit,quem viderim.

Decimoquintò limita,niſi renunciatum eſſet diſpoſitioni d.l.plerique.& ex conuentione actum eſſet, quòd debitor etiã in domo propria capi poſſet, ita tenet Iaſ. in d.l.plerique,in xii.fallen. ponit Maria.in d.tract. cit. col lxxiiii. & ſeq. & plus voluit Iaſon in loco præalleg. idem eſſe,ſi renunciatum ſit omni ll.auxilio.

Contrariũ in hoc vltimo colligitur ex not.per Alex. in conſi.xxxvii.col.ii.vol.ii.

Decimoſextò limita, quia ad euitandum periculum mortis etiam inuitus de domo ruinoſa extrahi poteſt. §.iſta pietas.§.item ſi duo.xxiii.quæſt.iiii.vbi gl. & ponit Iaſ.in d.l.plerique. in xiiii.fall.illam fall. etiam ponit Hippoly.in ſing.clxxxix. & illam gl. ad hoc propoſitum ponderat Alex.in apoſtill.ad Bal.in l.non tantùm. ff.de appel.Feli.in c.contingit,el.i.col.ii.de ſen.excom. Alex.in l.quanuis.col.fi.ff.ſol.ma.

Decimoſeptimò limita in cauſa ſyndicatus in qua poteſt quis extrahi,etiam inuitus de domo propria. Paris de put.in d.trac.ſynd.in xiii.char.in iiii.col.

Decimooctauò in eo qui reperitur per officialem extra domum,cõfugiſſet in domum,quia inde extrahi poteſt.Ita Bal.in repe.l.cunctos populos.C.de ſac. ſan.ecc. poſt medium.Hippo.in ſing.ccxxv.Alex.in conſi.xxiiii. colum.viii.volumi.ii.

Contrarium

Contrarium Bald.Rom.& Iaſo.in d.l. plerique. in q. ampliatione. Maria. in d.tract.citat.col.lxxiii. Caſſa.in conſuet.fol.xxv.colum.i. Feli. in c.fina.colum.viii.in fi. de foro competen.

Aduertas deſcriere no. conclusiones.

CONCLVSIO
Et Regula XXII.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio ſiue aliqua permisſio regulariter de prima vice ſeu actu intelligitur.

DISPOSITIO intelligitur de primo actu, vt eſt tex. in l. boue.§.hoc ſermone.ff.de verb. ſignifica.in l.dotis promisſio.§.quod vulgatum.ff.de iure dot.in l.matrimonii.ff.qui & à quibus ca. non poteſt. §.fina.de præbend. in ſexto l. ſi ſocius pro filia.ff.ſolu.matri. & ad iſtam regulam comprobandam multa adducit Alexan. in conſi.xv. volum. iiii.Georg.Natta in cle.ſæpe.colum.vi.& ſequen.de verbor.ſignifica. & etiam plura adducit Iaſo. qui cumulat infinita in l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſolu.matri. col. ii.& ſequen.& in l.duobus.§.ſi ei.ff.de iureiur. & in conſi.xxxvi.colum.fina.volum.iii.& in l.inter ſtipulantem. §.ſacram.colum.x.ff.de verbo.oblig.Feli.in c.ii.colum. prima in fi.cum ſequen.de treug.& pac.Guid.Pa.quæſt. lvii.in fi.Calca.in conſi.xx.col.i.Caſſa.in conſuetu. fol. cclxxii.Loffred.in conſi.vii.col.& ſeq.Fel.in c.conſtitutus,col.fi.de reſcrip.Deci.in conſi.dcix.Trigon. in ſing. xx.Maria.Iun.in conſi.xxv.col.ii.vol.ii.

Adde.

Et per iſtm regulam Guid.Pap.q.ccccl xvii. dicit,ꝙ ſi teſtator inſtituit Titium,& poſt eius mortem filiū ſuū, qui voluerit habere nomen familię teſtatoris & eius inſignia, quòd ſi Titius habuerit plures filios, ſolus pri-

mogenitus ſi voluerit iſta facere admitteretur ad inſtitutionem.

Et diſpenſatus vt poſſit permutare, intelligitur cum vno, & non cum pluribus. Felin.in c.cum venerabilis, colum.i.de except. Et diſpenſatus ad duo curata, intelligitur in duobus primis. Deci.in conſi Dxii.nume. iiii.

Et ſecuritas data veniendi, intelligitur. pro prima vice. Magallot.in tracta.de ſaluo conduct.pagi.lxi.

Et diſpoſitio quòd tranſeat ad ſucceſſores in beneficio, intelligitur de primis. Pariſ. conſilio decimotertio volumine quarto.

Et vaſall qui tenentur contribuere in maritagio filii domini, intelligitur de primo maritagio. ita Gramma. in conſi.ci.lxviii.col.ii.

Primò amplia, etiam ſi ductum ſit, donec vel quãdiu, vt no.Bar.in l.i.ff.ad l.Iul. maieſt.ponit Lancel. Deci.in l.legatum.ff.de annuis leg.

Contrarium ſumitur ex dictis Barto.in d.l. legatum, vt ponit ibi expreſsè Alber. de Roſat.& Iacob.But.vide in vi. limitatio.

Secundò amplia etiam in vltimis voluntatibus, etiam ſtantibus verbis generaliſſimis.Grat. conſil.liii. col.iii. & ſeq. volumi.i.

Tertiò amplia etiam ſi adiungantur verba vniuerſalia.Rui.conſi.lxxvi.col.vi.volu.i.

Quartò amplia etiã vbi agitur de fauore dotis.Grat. conſi.iii.col.iiii.vol.i.

Primò limita in diſpoſitione negatiua, in qua venit nõ modò priuatus actus, ſed etiam quilibet ſucceſſiuus in futurum faciendus. ita tenet Old.in conſ.ſuo.xvi.ſequitur Pau.de Caſt.in l.hoc genus.ff.de condi.& demõ. Felin.in cap.ii. in fin.colum.in vi.limit.de treug.& pace iſtud idem noluit Signor. Homod.in conſilio lxviii.colum.ii.verſi.deinde oſtendo. Deci.in c.nam concupiſcentiam, in prima lect.colum.i.de conſtitu. Iaſ.in l.diuortio.§.quod in anno. colum.fina.ff. ſolu. matrim.& idem Iaſo.in l.duobus.§.fina.colum.iii.ff.de iureiuran.

Idem

Idem voluit Alber.referens conſilium Oldra.tacito autore in l.fi.in col.iii.C.de ſponſ. iſtud fuit de mente glo. in l.hoc.genus,in gl.fi.in fi.ff.de condi.& demonſ. & ibi Bal.Deci.in ſublimitat & declarat in c.an ſit,in fi. de appell.Calca.in conſi.xx.col.i.Trigo.ſing.xxvi.Grat. conſi.xxi.col.v.volum.ii.

Secundò limita, quando per primum actum non ſatisfit intentioni diſponentis. Bal.in l. fideicom.§.ſi quis x.ff.de leg.iii.& in l.inuitus in fi.C.de procura. Rom.in conſi.Diiii.in i.colum.Fel.in c.ii.col.fi.in v.fall. de treu. & pac.idem tenet Georg.Natta in cle.ſæpe in lxii.colũ. de verb.ſigni.ex mente Roma.in l.ii.ff.de re iudic. Iaſ. in l.cum ſeruus.§.ſi quis alicui.col.fi.ff.de leg.i.Deci.in in conſi.Dlxii.col.i.Grat.conſi.xxi.col.v.volu.iii.Tiraq. de iure primog.fol.clxxxiii.Gramma.deciſ.cii. numero lxxxiiii.& ſeq.& propterea quando ob certam cauſam. aliquid factum exigitur,non ſufficit actum primum factum eſſe, niſi illa cauſa ſit ſecuta, quia adhuc vlterius actus requiritur. Bar.in l.i.ff.ad l.Iul.maieſt.Io. de Platea in l.i.C.de nauicu.li.xi.Abb.in d.c.ii.in fi. de treug. & pac.Anto.de Butr.in conſil.xxx. Deci.in conſi.Dlxii. Fel.in d.c.ii.col.pen.in iiii.limi.& in c.in literis,colum. iii.de off.deleg.Ripa in xxvii.reſpon.in ii.lib.& in c. cũ M.col.lviii.de conſti.Io.de Sylua in tract.de benefic.in ii.parte q. xx.Beltr.in conſi.xxx.col.iii.volu.i.Magalot. in tracta.de ſaluo conduct.pag.lxi.

Adde.

Et propterea dicit Maria. Iun.in conſil.lxxxix. col.i. quòd intelligitur de primo actu,qui habuerit ſuam perfectionem.qui ſublimitat duobus modis in iii.col.& dicit Iaſ in l.duobus.§.fi.& colum.iii ff.de iureiur.quòd ſi reſpectu certæ rei requiritur præſentatio,tunc non ſufficit ſemel præſentare.

Tertiò limita, nam ſupradicta regula procedit in diſpoſitione hominis,ſecus in legis diſpoſitione.ita Bal.in l. veluti.§.hæc.ff.de æden.in l.i.colum.vii.ver. iiii. quæro.ff.de his quæ. & in l.ſi vt proponis, col.fi.C.quomodo, & quando iud.Roma.in conſil.Diiii. Alex. in conſil.

lxx.in

lxx.in ii. vol. in ii.col.Rapha.Cuma.in l.ſi cum dotem. §.i.ff.ſolu.matr. Rom.in l.prætor.§.hoc autem interdictum.ff.de dam.infect.& Alexand.in l. ſi cum dotem.§.i. colum. ii.ff.ſolu.ma.Iaſ.in l.diuortio.§.qui in anno. col. fi.ff.eod.ti.& in l.duobus.§.ſi ei,colum.ff.de iureiu. & in l.prætor.§.deinde col.fi.ff.de oper.nou.nun. Soci. in cõſ. cxvii.colum ii.& in conſi.xci.col.ii.volum.iiii. Deci. in conſi. Dxii.col.ii.Cæpol.in conſi .crimi.lxiii.col.ii.Hipp. in ſingu.clxxii.Curt.Iun.qui ſublimitat in conſi.clxxv. col.fi.Calca.in conſi.xx.col.i.Io.de ſylua.in tract.de beneſi.fol.cxv.col.iii.Loffred.in cõſi.vii.col.i. vide Gomeſ. §.rurſus.col.iiii.de act.

Contrarium ſentit Bar.in l.hoc articulo.col.fin.ff.de hæredi. inſti. qui loquitur in legis diſpoſitione. Alex. in d.conſi.xv.volumi.iiii.Loffred.in conſil.vii. col.pen. Rui.conſi.ciiii.col.viii.volu.i.

Limita in diſpoſitione legis in materia odioſa, & alteri præiudiciali. Gramma.conſilio lxiiii.& in voto iii. colum. finali.

Quartò limita: nam iſtud quod dicitur, quòd in diſpoſitiõe hominis,diſpoſitio verificatur ex primo actu, eſt verũ in materia odioſa & reſtringibili. ita procedit quod no.Alber.de Roſ.in ii.parte tract.ſtatu.q.clxxxii. refert & ſequitur Alex.in d.conſi.xv.volu.iiii. Secus autem eſſet in diſpoſitione fauorabili, in qua veniret ẽt alius actus ſucceſſiuus, non modò primus Alex.in conſi.clxxi.col. ii.volu.ii.Soci.in conſi. xlviii.maximè in fi. col.in fi.Afflict.ſuper conſtit.fol.cxcviii.col.iii.Loffred. conſi.vii.in princ.& colum.viii.vbi limitat.Iſtud fuit de mente Calde.in ſua diſputa.incip.Ex octo ſtudentibus. in vltima char.Feli.in c.ii.col.iii.& ſeq.de treug.& pac. Imo.in l.cùm pater.in.§.pater certam in fi.ff.de leg.i. & facit quod notat Guiliel.de Suza.& Rapha.Cuma.in l. eum qui calendis.ff.de verbo.oblig.contra Bar.ibi.& in l.cũ quidam.ff.de ann.leg.& Barba.in c.quod his. col.x. de teſta.Deciſ.Neapol.cccxciii. Calca.in conſi.xx.col. i. Beltran.in conſi.xxx.col.iiii.volu.i.

Contrarium

Contrarium voluit Barto.in l.cum quidam.ff.de ann. leg. dum loquitur de eo qui reliquit pitātiam fratribus mendicantibus in feſto Sancti Franciſci. & Raph. Cuma.etiam in d.l.eum qui calendis,hoc ſequitur in cōtractibus,licèt ſecus dicat in vltima voluntate. dictū etiam Bart.in d.l.cum quidam, refert & non oppugnat Feli.in d.c.ii.de treug.& pac.& cum illo dicto Barto.tranſit Iaſ. in l.duobus.§.ſi ei.col.ii.ff.de iureiur. Alex. in conſi.xv. volumi.iiii. Iaſ.in conſi.xxxvi.colum.fi.volu.iii. Loffre. in conſi.vii.col.viii.

Quintò limita, quando primus actus non valuit, ſed fuit inualidus: quia tunc deuenitur ad ſecundū. Bal.in c.olim ex literis.col. ii.de reſcript.Iaſ.in d.l.diuortio.§. quod in anno,col.fi.in fi.Feli.in d.c.ii.colum. iii.in i. limita.de treug.& pac.& intelligitur.actus validus, dato quòd ex eo non ſequatur affectus in diſpoſitione hominis, ſecus in diſpoſitione legis.Bal.in l.vnica, in iiii.q. de his quæ pœnæ nomine.Deci.in conſi. Dxii. colum.fi. Curt.Iun. in conſi.clxxviii.colum.fi. Soci. qui declarat in l.hæc conditio, la prima col.ii. in fi.& ſequen.ff.de condit.& demonſt.& in conſi.xci.col.ii. vol. iiii.Sarnen. ſuper regu. Cancell.fol.lxxxiii. Tiraquell. de retractu. folio clxxxiii.& clxxxiiii. Grammat.deciſi.cii. numero lxxxiiii.& ſequen.

Sextò limita, ſi certum tempus eſt præfixum vſque quo actus fieri poſſit: quia intra illud tempus non modò ſemel, ſed pluries ille actus fieri poterit. ita Rapha. in l.ſi mihi et Titio.ff.de verbor. obligatio. Felin. in d. cap.ii.colum.penul.in iiii.limita.Deci.in l.edita,col.iii. C.de edend.Staphi.de literis grat.& iuſtit. char.cxxix. Grat.in conſi.liii.col.iiii.& ſeq.volu.i. Tiraquell.de retractu.fol.clxxxiii. et seq. n. eod. et fol.

Septimò limita in diſpoſitione conditionali, in qua eſt vera iſta regula, quòd intelligitur diſpoſitio in primo actu, ſecus in prima diſpoſitione. ita declarat Bar. in l.inter ſtipulantem.§. ſacram.col.iii.ff.de verb. oblig. Bal.in l. qui per ſalutem.ff.de iureiu. in l. ea quæ.col.fi. C.de condi.

C.de condit.indebiti. Contrarium Iaſo. in d.§.ſacram. in decima colum

Octauò limita, quando diſpoſitio profertur in mate ria quæ ex conſuetudine recipit reiteratione͂ : quia tu͂c actus primus conſumit diſpoſitionem.Bald.in l.i.col.ii. C.de fideicomm.vt de eo qui legauit mulieri viduę veſti menta.Feli.in d.c.ii.colum.iii.in ii.fall.de treug. & pac. Alexan.in l.diuortio.§.ob donationes,col.fi:ff.ſol.mat. Rom.in ſing.ccliiii.Calca.in conſi.xx.col.i.

Nonò limita in diſpoſitione ex cauſa lucratiua, quæ concipit non modò primus fructus, ſed etiam alios vlteriores. Bal.in auth.excipitur in fi. C.de bon. quæ lib. Alex.in l.diuortio,§ ob donationes. in fin. col.ff.ſo.ma.

Decimò limita in priuilegio, quod ſui natura debet eſſe perpetuum,ideo verificatur no͂ modò ſemel, ſed plu ries.Feli.in d.c.ii.col.fi.in vii.limita.adducit no. per Io. And.& Domin.in c.licèt.§.fi.de priuileg.in vi. nam priuilegium conceſſum alicui, vt cum familiaribus poſſit ingredi eccleſiam tempore interdicti,habet locum non modò in familiaribus primis, ſed in aliis loco primoru͂ ſubrogatis.& in alio ſimili.Io.And. & poſt.eum Domin. in c.fi.colum.iiii.verſicu.ſed pone epiſcopus, de verbor. ſignificatio.in vi.

Vndecimò limita ſtante diſpoſitione per verba pluralis numeri, quia facit, vt veniat non modò primus actus, ſed etiam alii vlteriores, vt no.Deci.in propoſito in d.conſil Dlxii.

Duodecimò limita in legato redditus qui ſingulis an nis percipitur.nam legatum intelligitur, non modò pro prima vice,ſed etiam pro aliis. Cremens.in ſingu. lxxv.

Decimotertiò limita niſi ex coniectura deprehenda tur,teſtatorem voluiſſe diſpoſitione͂ ſuam vlterius progredi. Beltrand.in conſi.xxx.col.fi.volu.i.

Decimoquartò limita tribus modis,vt per Rui. conſi.lxii.col.pen.volu.iii.

CONCLVSIO
Et Regula XXII.

ARGVMENTVM.

Iudicium ubi cœptum eſt, ibi terminandum.

Coram eodem iudice iudicium debet terminari, coram quo eſt cœptum. l. vbi cœptum. ff. de iudic. §. quoniam. in auth. de teſt. & dicitur cœptum iudicium, etiã ante litis conteſta. Gui. Pap. q. ccccxxi.

Et per ſolam citationem vel monitorium, etiam cum clauſula ſi te ſenſeris grauatum & c. Caſſan. in conſilio lxv. colum. ſexta.

Primò amplia, vt nec in eadem, nec in connexa cauſa alius iudex adiri poſſit. Bal. in c. i. de contro. inueſt. apud pares termin. col. fi. prope fi. Lancel. Deci. in d. l. vbi cœptum. col. i. & Philip. Deci. in c. ex tenore, col. fi. de reſc. Felin. in viii. colum. in fi. & ſeq. Lancel. Dec. in l. ſi quis poſteaquam, col. i. de iudic. licèt dicat dubitare, Aret. in conſi. xxix. colum. xiii.

Secundò amplia, etiam in voluntariis in quibus habet locum regula d. l. vbi cęptum, per tex. in l. i. ff. de off. proconſ. Lap. alleg. lxxviii. in ii. q. Lancel. Dec. in d. l. vbi cęptum. col. i. Phil. Deci. in d. c. ex tenore, col. fi. vbi Feli. col. ix. Lancel. Deci. in d. l. ſi quis poſteaquam. col. i.

Tertiò amplia in lite cœpta coram arbitro, quando ex forma ſtatuti lauda lata per arbitros habent executionem. Ita Pau. de Caſt. in l. pecuniam, col. i. ff. ſi cer. peta. & ibi Alex. col. fi. vbi Iaſ. in iii. col. in viii. not. Lance. Deci. in d. l. vbi cœptum, col. i. & Phil. Deci. in d. c. ex tenore, colum. fi. vbi Feli. col. xi. in x. fall. & Lancel. in d. l. ſi quis poſteaquàm. col. i.

Quartò amplia idem eſſe in iudicibus delegatis, quia pendente lite coram vno, non poteſt procedi corã alio. in d.c.ex tenore,& ponit ibi Feli.col.fi.

Quintò amplia, vt pendente lite coram ordinario,legatus adiri non poſſet per viam querelæ:vt not. Abb.in c.cùm in eccleſia,de appellatio.Deci.in dicto.c.ex tenore. colum. fina.

Sextò amplia, vt plus operetur pendentia litis, quã ſententia ſecundum Soc. in l.ſi quis cum totum.§.planè, colum.i.ff.de excep. rei iud.

Septimò amplia, vt etiam iuriſdictio Papæ poſſit per ordinarium terminari, & tunc lis cœpta coram ordinario debet terminari coram eo, niſi princeps ex certa ſcientia auocaret.Philip.Franc.in c. vt debitus, colum. xiii.de appella.

Octauò amplia, vt etiam cadat à cauſa,qui trahit corã iudicibus diuerſis. Bouer. in verbo Clericus ĩ vi.ſing.

Contrarium infrà in fi.limit.

Nonò amplia,vt talis exceptio impediat litis ingreſſum.Feli.in c.exceptionum,col.xii.de excep.

Decimò amplia, vt reſcriptum obtẽtum tacita litis pendentia coram alio iudice ſit nullum, vt per Hiſpa. in c.per veſtras, charta lxviii.colum.iii. de donat.inter virum & vxor.& col.ſeq.

Primò limita ex cauſa neceſſitatis,quia iudiciũ cęptũ coram vno iudice coram alio perficitur, vt eſt tex.in l. ſed & ſi reſtituatur.§.ſed & ſi dies.ff.de iudic.& ibi Bart. & glo.& Bart.in d.l.vbi cęptum,vbi ampliat ſiue neceſſitas illa inſit à principio ſiue interueniat ex poſt facto. & idem voluit Ang.in d.l.vbi cœptum.Pau.de Caſt. ibi in fi.idem voluit Bald.& Angel.in d.l.ſed & ſi reſtituatur.§. in nomine.Felin.in d.c. ex tenore, colum.ix.in v. fallen. Brun. in conſil.lxxxiiii.colum.ii.Corſet. in ſing. in verb. iudicium.

Et facit, nam ſtante regula quòd ſi non omnes &c. vno impedito alius proſequitur iudicium.c. cum plures de offic.delega.in ſexto.Angel.in d.l.vbi cęptum. Felin.

in nona colum.in d.c.ex tenore in vii.fallen. & in c.poſtulaſti, de homicid.

Secũdò limita in eo qui ex priuilegio habet electionem eligendi vnum ex pluribus iudicibus, quia citatus poteſt eius forum coram quo citatur declinare,& alium iudicem eligere.authen.habita.C.ne fil. pro patr. Bart. & Angel.in dicta l.vbi cœptum. Socin.in conſi.xciiii.colum.prima volum.iii.Feli.in d.cap. ex tenore,colum.ix. in vi.fallen.Idem eſt ſi iudex coram quo quis fuit citatus, allegetur ſuſpectus: vt per Ang.in d.l. vbi cęptum. per Feli.in loco præalleg.

Tertiò limita in crimine hæreſis, in quo eſt illud ſpeciale, quod coram pluribus iudicibus poteſt de eodem crimine cognoſcere.c.per hoc.§.i.de hære.i vi. no.Ang. in d.l.vbi cœptum.Feli.in d.c.ex tenore, in nona col. in in viii.fallen.& in c.cùm M.Ferrar.col.xix.de conſtitut. Pau.de Caſt.in l.ſi quis poſteaquàm.col.i.in fi. de iudic.

Contrarium videtur tenere Bald. in l.ſi ex pluribus. ff.de legat. primo,colum.ii. & Alex.ibi circa fi.declarat quòd generaliter intelligitur iſta limitatio, dũ reſpondet ad c. per hoc.§.i.de hæreti.

Quartò limita, quia iudicium non eſt nullum,donec opponatur, ſed requiritur oppoſitio.ita Inno.in d.cap. cum M.Ferra.in fi. Lancel. Deci.in d.l. vbi cœptum,col. i.Batt.in l.ſepulchri,in fine de ſepul.violat.Bald.in c.paſtoralis.col.fi.de reſcrip. in l.i.col.i. in princ.ff.de offic. proconſul. Roma.in l.i.ff.de acqu.hære.Ang.in l. ſi is à quo.ff.de rei vendica.in l.pen ff.de petit.hæred. in prin. Pet.de Anchara. in c.quamdiu.de appell,col.i.Imol. in l.cum procurator.§.dominus,in fin.ff.de nou.oper. nun. & in c.cæterum in fi.de reſcri. Ant.de But.in c.i. in fi.de cauſa poſſeſ.& proprie.Bald. in l.nulli.in fi.C. de iudic. Abb.in cap. cùm contingat, de reſcript. colum.i.in fine Abba.in dicto capitu.cùm M. Ferrarien. colum. fina. & ibi Felin.colum.xiii.& Deci. colum.fina. Idem tenet Felin.in dicto capitu. ex tenore.colum. nona in nona fallent.Deci.ibi colum.fina.& in capitu.vt debitus.colum. penulti.

penulti.in fine de appellation.Corſet. in ſingu. in verbo Iudicium. Petr. de Ancharan.in repeti.c. poſtulaſti. colum.xx.de foro competen. Alexand.in conſilio vndecimo colum. ſecunda volumi. primo deciſio. Neapolit. ccclix. vbi etiam an posſit opponi poſt litem conteſtatam. Ruin.conſi.lxi.colum.xiii.volumi.v.

Quintò limita, nam reus qui fuit contumax, non poteſt opponere de litis pendentia coram alio iudice, ita Bartol. in dicta l. vbi cœptum. & Bartol. in dicta.l. ſi ſepulchri.ff.de ſepulch.violat. & in l.quanuis. colum. penulti.in fine.ff.de dam.infect.Paul.de Caſt.in l.quanuis, circa finem.ff.de in ius vocando.Anton.de But. in c. propoſuiſti,colum.fina.in princip.& ibi Abb.colum. fina.in fine.de for.competen.Petr.de Ancharan.in repeti. c.poſtulaſti,colum.xx.de fo.compet.Abbas in cap. dilecti.colum.penul.in fi.de foro competen. Ioan. Andr.in addit.Specula.de compet.iudic.adit.§.i.verſi. ſed pone. in iiii.colum. in fine Angel. Aret. in tracta. maleficior. in verbo Hæc eſt quędam inquiſitio.colum.fina.Bouer. in verbo Clericus in viii. ſing.ponit Alexan.in l.de die, colum. fina.ff.qui ſatiſda.cogan. ex mente Bald. ibi. in lectu. antiqua, & Petr. de Ancharan. ibi. Alexand. in conſilio xxiii.volumine.iii.& iſtam limit.ponit Felin.in dicto capitu. ex tenore,colum.octaua in i. fallen. Deci. ibi colum.fina.Cardin.in cap.propoſuiſti, de for. competen. in conſilio cxcvi. in fi. Felin. in dicto capitu.cùm M. Ferrarienſis, colum.xiii. Hippolyt.in ſing.ccxxxix. idem tenet Felin.in capitu. cùm Romana.colum.prima in fine de appellat. idem tenet Bald. in l. Senatus, circa finem. C.qui accuſa. non poſſunt Iacobus de Beluiſ. in l. prima.C. vbi de crimi. Bald. in l.ſi ex pluribus,colum. ſecunda ff. de legatis primo.Corſet. in dicto ſingu. in verbo Iudicium. Alexand. in l. hoc amplius.§ Celſus, columna ſecunda.ff.de dam. infect.& columna ſequenti.Bald. in quæſtio. per eum diſputata incipien. Accuſatus de vi turbatiua. columna quarta, & idem Bald.in l.i. in ſecunda columna verſiculo tertio quæro.

C.vbi de crim & dicit Bartol.in l.et ſi amicis.§.primo.ff. de adulter. & Bald.in l.penulti. in ſeptima colum. in fi. & ſequen.de executio. rei iudica. & Anton. de Butr. in capitu.de his, circa finem ff.de accuſa. ubi etiam Imol. & Bald.in l. et ſi ſeuerior. colum.iiii.C. ex quibus cauſis infam. irrogat. quòd bannitus ab vno loco ab contumaciam, quòd ratione delicti poterit effectualiter in alio loco puniri. & hoc vltimum limitat Bald. in conſil. cxxiiii.colum.quinta,niſi in loco à quo fuiſſet bannitus tanquam contumax deuentũ fuiſſet ad confiſcationem omnium bonorum in eodem loco exiſtentium, quæ ad fiſcum perueniſſent per illam condemnationem: quia tunc non poſſet in alio loco puniri. principalem autem limitationem, quòd contumax non poteſt allegare litis pendentiam in loco in quo ipſe comparere contempſit, limita, niſi reus contumax eſſet paratus purgare contumaciam ſolutis expenſis, & ita offerret, vel prius ipſam contumaciam purgaſſet. ita Bartol.in dicta l.ſepulchri. ff.de ſepulch. uiolat.colum.ii. Angel.in l.quamuis.ff.de dam.infect.Petr.de Anchara.in dicta repetitio.c.poſtulaſti,colum.xx.de fo.competen.Deci. in d.c. ex tenore, vt ponderat ipſe ibi,& uoluit Paul.de Caſt.in dicta l. ſi quis poſteaquam, colum.i.in fi.ff.de iudic. Idem tenet Alexan.in l.hoc amplius.§.Celſus.colum.ſecunda.ff.de dam. infect.

Contrarium, quòd in iſto caſu non liceat purgare contumaciam & allegare litis pendentiam, tenuit Bartol. in dicta.l.quanuis.ff.de dam.infect.col.fina. & Imo. in d.l.quanuis. Lancel. Deci.in d.l.vbi cœptum. colũ.i. in fi. & ſequen.

Aliqui voluerunt diſtinguere, aut ius actoris eſſet effectum deterius, & non liceat purgare contumaciam, ſecus ſi non ſit effectum deterius. ita Paul.de Caſt.in d. l.quamuis.§.Celſus,colum.fina.& videtur ibi etiam ſequi Alexan.& Feli.in d.c.ex tenore,col.viii.

Tenendo tamen primã opi. quòd liceat purgare contumaciam. Amplia, quòd etiam ſi primus iudex non inhibuit,

hibuit,ſecundò tamen poteſt allegari litis pendentia, vt per Alexand. in d.§. Celſus. licèt Roman. in d.l. quanuis, teneat contrarium.

Sextò limita, quando primus iudex eſt negligens in iuſtitia adminiſtranda, quia tunc alius poteſt adiri,non obſtante litis pendentia coram primo. Barto. Ange. Roma. Imol.& Alexan.in l.quanuis.ff.de dam.infect. Felin. in c.ex tenore.colum.viii.in ii.fallen.Pet.de Anchar.in conſi.cxcvi.in fi.Abb.in c.dilecti.Corſet.in verbo Iudicium,in fi. Amplia ex mente Bar.etiam ſi primus ſit paratus iuſtitiam facere . ita colligunt Doctor. ex mente Bartol.in d.l.quanuis,& ibi ſequitur Imo.& Roma.

Contrarium Ang.ibi & Alex.& Feli.videtur ſequi in d.c.ex tenore.colum.ix.

Septimò limita,vbi quis coram primo iudice non poteſt conſequi iuſtitiæ complementum propter potentiam de facto ortam. Abb.in c. poſtulaſti, in primo notab. et ibi Io.Anan.de homic. et Abb.in d.c. propoſuiſti.colum.fi.de fo.compet.Feli. in d.c.ex ratione,col.ix. Corſe.in d.ſing.in verbo iudicium.

Octauò limita,nam cœptum per vnum iudicem alius perficit, quando primus principaliter & directò nó poterat ſe interponere, prout eſt in inquiſitione hæreſis, & quando in foro pœnitentię mandatur vſuras reſtitui. ſed in foro iudiciali ad talẽ vſurarum reſtitutionem ordinarius compellit ipſum vſurarium. Io. Monac. & ibi Io.Andr.in c.accuſatus.in ii.colum. de hære.in vi. & ibi Domi. in §. de quæſtionibus. Bal.in c.hac edictali.§.ad hæc.col.i.de pace iuram.firman.Felin.in d.c. ex tenore. col.ix.in iiii.limita.de reſcr.Io.de Ana. in d.c.poſtulaſti.Federci. de Sen. in conſilio clvii. pro quo etiam facit, nam pendente iudicio coram iudice ſæculari ratione iuramenti recurritur ad eccleſiaſticũ.Bald.in l.i.col. fi.C.de reb.cred.Iaſ.in conſi.ix.col.ii.vol.i.

Nonò limita in his caſibus, in quibus laicus pendente iudicio clericus factus, eximitur à iuriſdictione iudicis laici, qui caſus habentur in alio memoriali noſtro.

Et iſtam fallent. ponit Feli. in c. ex tenore, colum. decima in fine fallen.

Decimò limita in caſu c.vt debitus, circa fi.de appel. vbi iuſtè appellans ab interlocutoria totum negocium principale ab alio inchoatum,ad iudicem ad quem voluit. ponit Corſet. in d. ſingu.in verbo Iudicium. facit quod dictum eſt in vii. limita.

Vndecimò fallit in executiuis, in quibus licet pēdente executione coram vno pro eadem executione alium adire.Iaſ.in conſi.ix.in ii. reſpon.& conſi.xxviii. vol.i.

Duodecimò limita,vbi iudicium primò inchoatū coram primo iudice erat nullum, quia ſuper eodem negocio poteſt alius adiri,nec poteſt excipi de primo iudicio nullo.Corſe.in d.ſing.in verbo Iudicium.

Decimotertiò limita, quia hoc intelligitur reſpectu vnius & eiuſdem negocii: ita quod exceptio rei in vno obſtaret in alio iudicio.Soc.in conſi.xxxviii.col.iiii.ſecus ſi iudicia tenderent ad diuerſos fines.Iaſo. in conſi. ix.col.iii.vol.i.& in ii.reſpon.ad motiuum vicarii.

Decimoquartò limita,ꝙ nō oportet de litis pēdentia coram alio iudice excipere ante litem conteſtatam.Bal. in l.peremptorias,in fi. ſent.reſcind.non poſſe. in auth. ſed nouo iure, in fine colum.verſi. ſed pone. C. ſeruis. fug.Bal.ī diſpu.inci. Accuſatus de vi turbatiua,col.iiii. verſi.vi.& in l.ſi pluribus,col.i.ff.de leg.i.Imol.in l.cùm procurator.§.ſi dominus col.fi.ff.oper.nou.nuncia. Calca.in conſi.cii.col.fi.

Decimoquintò limita,ſi quędam tantùm exceptiones opponi poſſint contra inſtrumentum,vt declarat Guid. Papæ conſi.ccccxxi.

Decimoſextò limita, nam licèt quis trahat aduerſarium coram diuerſis iudicibus, non tamen propterea amittit ius.Feli.in c.ad audientiam, el ſecundo colum. xii. de reſcrip.

CON-

CONCLVSIO XXIII.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus an teſtamentum condere valeat.

FVIT antiqua quæſtio inter Doct. An excommunicatus poſsit teſtari.Et glo. in c. decernimus,de ſent.excommu.in vi. non plenè ſe reſoluit,& Spec.in tit.de inſtru. edit.§.compendioſè,ver.quòd de excõicato.Tamen ꝙ poſsit teſtari,tenuit Pet. & Archid.in cap. pia,de except.in vi.colum.iii.Innoc.in c.cùm voluntate de ſen.excõicat.Iacob.de Beluiſ.in §.omnibus, in auth. de ſanct.Epiſcopis. Feder. de Sen. in conſi. cxviii.Ioan. And.in reg.dolo facit.de reg.iur.in vi.in mercurialibus. Bart.in l.ſi quæramus, & ibi Bald.ff.de teſt. & in auth. credentes,vbi etiam Salic.C.de hæret.& Bart.in l.i. colum.ii.in fi.& ſeq.de reg.caton. Bald.in c.intelleximus. colum.i.in fi.de iudic. Abb.in rub.de teſta.col.ii. Card. in clem i.in ii.col de except.Ant.de But.in diſput.incip. Quidam vſurarius.Card.in repet.c.perpendimus, colũ. pen.de ſent.excommunic.Domi. in d. cap.decernimus, colum. ii.& ſeq.de ſenten.excommu.in vi.& ibi Pet. de Anch.col.ii.& ſeq.& idem Anch.in c ii.col.iiii.de teſta. & in cap. ſi eo tempore.col.pen.de reſcrip.in vi Abb.in cap.ad probandum.de re iud.Rota in nouis deciſ. cxcv. Bald.in l.i.§.his quibus.ff.de legat.iii.in l.fin.C. ſi à non compet.iud.in ii.col.in l.prima in iii.col.C.de hæred.inſtituen.in l i.in lect.in iii.colum.& in repet.colum. iiii. C.de ſacroſ.eccle.in l.i.col. pen.in fin.C.de iuris & fact. ignor.in l.eam quam.col.xi. C.de fideicõmiſ.& in l.legitima, in fin. ff.de pact. Angel. in l.ex facto.§. ſi quis rogatus.ff. ad Trebell.Angel Aret. in tracta. de teſta. colum.xii. Ioan.Fab.in §.teſtes.in fin. inſti.de teſta. Petr.

de Anch.

de Anch.in conſi.ccccxxix. Deci. in reg.l. quod ab initio.ff.de reg.iur.col.fi.Imol.in c.ii.colum.ix.de teſtam. Beltran.qui dicit * communem conſi.xli.Ruin. volu. ii.Guald.cautel.x.

Contrarium ſentit glo.in d.c.decernimus, de ſenten. excom.Fed. de Sen. qui dicit quòd licèt altera pars ſit plurium authoritate ſuffulta, tamen iſta pars eſt verior, ſecundum eum in conſi lxxiiii.Cald.in diſput.incip. Excõmunicatus maiori,glo.cõſuet.fol.xcii. col.iii.

Vide Ang.in diſput.incip. Duo adinuicem.Nonnulli diſtinguebant inter publicum, & occultum excommunicatum,vt excommunicatus occultus poſsit teſtari,nõ publicus,ita ſenſit Bart.in conſi. ccxxxviii. Bald. in l.i. col.pe.C.de iur.& fact.ignor.Lancel.Deci.in l.ſi quæramus.ff.de teſta.in fin.Bald.in l.i.colum.ii.C.de ſecundis nupt.& ibi Io.de Garon.nu.xxxii. Bal.verò in l.iii. col. fina.C.ſi pend. appel. diſtinguit, & dicit, quòd aut eſt ſolùm excommunicatus,& tunc poterit teſtari, aut eſt excommunicatus,& anathematizatus, & non poterit teſtari,& ita procedat ſecunda opi.Et idem Bal. in c. ſi is cui.de offic.deleg. Philip.Franc.in rub. de teſta. colum. xvi. Brun.ex mente Bald.in iii.volu.tract.de conſtit. in i.fol.colum.iii.in verbo ab inteſtato. diſtinctionem reprobat.Aret.in d.l.ſi quæramus.ff.de teſta.

Tenendo primam opin. quæ videtur eſſe * magis communis, amplia,vt etiam excommunicatis relinqui poſsit in teſtamento, vt ſic habeat, non modò actiuam, ſed etiam paſsiuam teſtamenti factionem, vt not. Bald. in l.i.colum.vi.in fin.C.de hæred.inſt.ſed non poteſt ei relinqui ad cauſas pias,vt not.Bald.in l.i. in repet.col. xii.C.de ſacroſ.eccl.Et iſtud quod poſsit capere excommunitatus ex teſtamento,tenet Feder. de Sen. in dicto conſi.cxxxviii.Domin.in d.c.decernimus,colum.pen.de ſent.excom.in vi.

Primò limita in excommunicato pro hæreſi, quia talis non poterit teſtari,per auth. credentes. C. de hęret. & in corpore vnde ſumitur,& ibi Bart.& Salic.Et ponit

iſtam

iſtam limitationem Archid.in c. pia. colum. iii. de except.in vi.Bald.in l i.§. his quibus. ff. de leg. iii. Philip. Franc.in rub.de teſta col.xvi.Bar.in d.l. ſi quæramus ff. de teſt.& ferè omnes Doct.alleg.pro communi opi. hoc tenent,dum reſpondent ad authen. credentes.

Secundò limita, ſi eſſet excommunicatus pro vſuris, quòd efficitur inteſtabilis, niſi iuxta formam cap. quanquam.de vſur.in vi.& ponit Philip.Franc. in dicta rub.de teſta.col.xvi.

Tertiò limita in excommunicato propter iniuriam factam Cardinali, iuxta diſpoſitionem cap. fœlicis, de pœnis in vi. & ponit Philip. Franc. in dicta rub. de teſtamen.colum.xvi.

Quartò limita,niſi facultas teſtãdi cõpeteret ex priuilegio,quia illã amitteret excõicatus,vt not.Bal. in c. intelleximus,col.ii.de iudic. refert & ſequitur Fel.in c. ad probandũ.col.i.in fi.& ſeq.de re iud. Pro quo facit: nã excõicatus in teſtando,nõ põt vti priuilegio.l.i.C.de ſacroſ.eccl.vt ibi per Bal.in lect.col.iii.in repet.col.iiii. nec poterit teſtari cum priuilegio iuris canonici cum duobus teſtibus.Bal.in l.eã quam.C.de fideicom.col.xi. Adde

Contrarium in hoc Pet.de Anch.in conſ.ccccxxix. Et facit,quia facilius tollitur priuilegium quàm ius cauſę. l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de milit. teſta. ſuperſunt.

Animaduertas deſiderari hic pulchram conclusionem ut in meo

CONCLVSIO XXIIII. libro manu ſcriptis.

ARGVMENTVM.

Teſtamẽtum vſurarij manifeſti quod nullum eſt,nõ pręſtita cautione,de qua in canone quáquam,de teſtam.in vi.an reconualeſcat,ſi poſt teſtamentum, ante tamen mortem, dicta cautio pręſtetur?

NOn inutiliter quærunt Doct. An teſtameutum vſurarii manifeſti, quod ſecundum diſpoſitionem cap. quanquam,

quanquā,de teſta.in vi.eſt nullū,non præſtita cautione, reualeſcat,ſi poſt teſtamentū ante mortē p̄ſtetur cautio gl.fi.in d.c.quanquā,in fi.tenet ꝙ reualeſcat, & ibi Ioā: And.in nouella.Rodulf.in tract.de vſur.q.100.Ang. in diſput.incip.Aſtenſis miles.Bar.in l.filio præterito.col. fi.ff.de iniuſt.rupt.& irrit.teſt.Bal.in repet.l.i.in vii.colum.C.de ſacroſ.eccleſ.& in l.vniuerſa.col.i.C. de precib.Imperat.offeren.in l. fi.in ii.col.C.ſi à non compet. iud.Imol.in d.l.filio præterito,col.pe.& ſeq.Bal.in l.ſeruis.C.de legat.Ang.& Imol.in l.qui ſoluendo.ff.de hæred.inſt.Imol.in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſthu. Bal.in conſi.lvii.vol.v.& in conſi.clxii.col.ii.vol.ii.Fel. in c.quoniam,col.iii.& ſeq.vt lit.non conteſt.& in c.cū dilectus,col.ii. de accuſ. vbi dicit iſtam ✱ communem opi.Hipp.in pract.col.viii.nu.xlix.in §.ſecunda.Petr.de Anch.in c.ii.col.iiii.de teſta.Imol.in c.ii.col.ix.de teſta. Feli.in c.ſignificauerunt,col.pe.de teſt.Brun.in tract. de forma in articulo de potentia & effectu formæ in ii. limit.col.xlvii.Guald.cautel.vii. Et ſi dimittat procuratorem ad præſtādam cautionem,ſatis eſt.Fel.in c. ſignificauerunt,col.fi.de teſt.Guald.d.cautel. vii. Contrariū tenuit Garz.in d. c. quanquam. Franciſ.de Rāp. conſi. incip. Albericus quondam Hugonis, & dicit audiuiſſe conſilium Io.de Lign.approbatum à Calderino in quo idem concludebatur,ſcilicet teſtamentum non reualeſcere,& idem voluit idem Franciſ.de Ramp.in l.filio præterito,& ibi Imol.col.fi.dicit iſtam partem veriorem de iure Bal.in l.poſtumo.C.de bon.poſſ.contr.tab.col.pen. & ſeq.& idem Bal.in l.fi.colum.pen.C. vnde leg. vbi ſe remittit ad dicta per eum, & in l.ex libera. C. de ſuis & legit.Rom.in l.poſthumo,col.xv.C.de bon.poſſ. contr. tab.Guid.Pap.q.50.Rip.in reſponſo xiii.in i.lib.

CON-

CONCLVSIO XXV.

ARGVMENTVM.

Bonæfidei poſſeſſor ad fructus cõſumptos an teneatur quatenus locupletior effectus fuerit.

Tamen ſtante iſta opinione, iſtud debet intelligi qñ verba ſunt generalia non ſpecifica ad illam ſpeciem lęſionis, vt declarat Io.Bap.gener Bar.in d.tractatu de arbitris lib.vii.cap.xvii. Et enormiſsimæ læſioni in compromiſſo non poteſt renunciari.Bar. in l.i.§. ſi quis aũt. ff.à quibus appel.non licet,& ibi Imol.colum.i. licèt in fin.aliter teneat.Oldr.in conſi. clvi. Lanfranc. in vulg. repetitio.cap.quoniam contrà,in tractatu interlocutoriarum.§.hic tractabimus, colum.xxviii. verſi.ex quibus omnibus.

Contrarium Ioan. Bap. gener Bart. in d. tractatu de arbitr.cap. xv. poſt plures allegatos in xv.ampliatione adhærentes opinioni Guliel. in l. hi qui ex conſenſu. C.de epiſ.& cler.Iaſon in l.quidam cum filium, colum. vii.& ſequen.ff.de verb.oblig.tenet primam opinionem, quam * dicit communem,Raphael Cum.in d.l.i. §. ſi quis autem.

Tenendo primam opinionem quę videtur * magis communis. Limita niſi dolus ex propoſito interueniret, quia tunc læſioni non poteſt renunciari, nec per pactũ impediri reductio ad arbitrium boni viri vt per Cald.in ſua diſput.Duo litigantes.refert & ſequitur Ioã. And. in addit.Spec.in tit.de arbit.§.ſi.ver.item quid ſi factum ſit compromiſſum.Bal.in conſi.clxxxvii.in ii.vol.& cõſi. cxvii.vol.iiii.poſt Rayn.de Forl.in ſua diſputatione incip.du o compromiſerunt. Bart. in d.§.arbitrorum, in l. ſocietatem.in vi.col.ver.quero vtrum poſsit.Cald. in c. expoſita,col.pen.in xii.quæſt.de arbit.Ant.de But. in d. cap.quintauallis,col.xxi.ver.iiii.caſus, & ibi Abbas colum.xiii.Imol.colum.xxiiii.verſi.ſecundus caſus,& colum.xxv.ver.ſi autem renunciatio.Iac.de But. in d.l.cũ anteà col.pen.& ibi Salic.colum.pen.C.de arb tr.Soc.in conſi.lxxxv. colum.i.& ſequen.& in conſi.cclxxxiii.colum.vi.ver.i.ꝙ non obſtante.Ant.de But.in conſ.xxiiii. col.ii.Cæp.conſi.xxx.in fin.

Amplia,etiam ſi iuratum eſſet compromiſſum,& etiã ſuper dolo, quia ratione doli nõ prohibetur petere re-

ductiónem,vt notat Bald.in conſi.cxvii.in iiii. volu. nec requiritur abſolutio,vt per Ioan. Bap. in d. tractatu de arbitris cap.xvi.etiam ſi in ſpecie ſuper dolo ſit iuratũ non petere reductionem.Salic.in auth.ſacramenta puberum,in penult.col.ver.quæro an hoc ſacramentum.C.ſi aduerſ.vend.Imol.in d.cap.quintauallis, verſi. ſi autem renuntiatio ſit latiſsima.in xxix.col.etiam ſi ſuper dolo ſit in ſpecie iuratum.Salic.in d.§.arbitrorum, in xiii. q. poſt d.diſput.Calde. incip. Duo ad inuicem litigantes. Io.And.in additio.Specu.in d.tit.de arbitr.in §.fi.verſi. quid ſi compromiſſum ſit factum.

Secũdò amplia,etiam reſpectu modicæ læſionis, quia ſtante dolo ex propoſito põt peti reductio,vt not. Paul. de Caſt.in cõſ.clv.vol.ii.col.ii.Imol.in d.c.quintauallis. col.xxvii.ver.ſecundus caſus. ibi aduerte tamen. Rom. declarat ĩ v.char.in rub.de arb.col.i.ver.ꝑtereà ſemper.

Aduertendũ tñ eſt ad vnum,quia plures voluerunt,ꝙ ex enormiſsima læſione prȩſumatur dolus ex propoſito vt not.Ant.de But.in d.c.quintauallis,col.antepen. ver. ſi autem læſit in enormi.Bal.in conſi.ccclxxx.inci. præmitto,in fi.vol.i.& in conſi.clxxxvii.incip. in cauſa præſenti in i.col.in ver.& dicit.Bart. in d.§.arbitrorũ in vi. col.ver.quæro vtrũ poſsit renunciari.Abb.in d.c. quintauallis,col.xiiii.ver.vlt.membro.Imol.col. xxx. ver. ſi aũt arbitrator.Rom.in conſi.xc.col.fin. Cæpol.in conſi. ciui.xxx.in fin.Soc.in conſi.cclxxxiii.col.vi. verſi adde etiam.Alex.in l.ſi ſuperſtite.C.de dolo.Bald in §.item ſacramenta,col.ii.in fin.de pace iur.firman.& Bal.in l.ſi cum mea.C.de dot.promiſ.Imol. in d. cap. cum contingat,col.lxi.ver.ſed iuxta prædicta,de iure iur.Ioã. Bap. gener Bar.in d.tract.de arbit.in ii. c. Abbas in d. c.cùm contingat,in xvi.col.in ix.caſu.Zaſius in conſi.xii. vol. ii.Fel.in cap.cauſam quæ,col.i.de re iudicata . Beltr. in conſ.cxxxviii.col.iii.vol.ii.Mar.Iun.in conſi.xlviii.col. v.in fi.& ſeq.& conſi.liii.Aymo in cõſi.cxlii.col.v.& cõſ. cxcii.col.ii.Grat.in conſi.xxx.colum. i. volu.i. Marian. Iun.conſi.xcviii.col fin.volu.ii.Rui.conſi. clxx.col.viii. volu.i.

volum.i. Beltra.conſi.v.col.ii.volumi.i.in antiquis.

Contrarium Soci.in conſ.cxxi.col.penul.iii. Io.Calde.in ſua diſputa.refert & ſequitur Io.And. in addi. Specula.in tit.de arbit.§.fi. verſi. itē quid ſi compromiſſum. Imo.in d.c.quintauallis, col.xxxiiii.verſi. ſed certè iſta opi.non videtur vera.Corn.in conſ.ccxxi.col.iiii.vol.ii.

Et tenendo iſtam opin.alia præcedens procederet, qñ non renunciatum eſſet in ſpecie enormisſimę lęſioni, vt declarat Corne.in d.conſi.col.iiii.

Et tenendo primam opin.quę videtur * magis cōis, Illa opinio quòd enormisſimę posſit renunciari ſpecialiter, vel non, eſt vera, vel debet intelligi eo caſu quo ſumus certi dolum ex ꝓpoſito non interueniſſe, ita quòd non ſit locus præſumptioni. Itē illa opinio procedit de rigore iuris, nam de æquitate procedit alia, quod enormisſimę læſioni non poſsit renunciari ſtante etiam ſpeciali conuentione. nam licèt non posſit peti reductio ex illa cauſa, tamen ſi alius caſus ſit reſeruatus in compromiſſo, non ratione læſionis, ſed ratione caſus reſeruati, poteſt laudum impugnari, & peti reductio, vt no.Pet. de Ancha.in conſi.ccxvii.col.fi.verſ.prætereà videtur ſtatutum.& in ſpecie, quādo dictum eſt, quòd debeat pronunciare de iure & non aliter nec alio modo, propter iſtā clauſulam non impediatur petitio reductionis ſtante enormi læſione, etiam ſi ſit illi renunciatum. Fulgo. in conſi.clxxx.col.fina.

Item limita, ſi is, in cuius fauorem laudum latum eſt, paſſus eſt, probationes fieri ex quibus detecta eſt iniquitas laudi, quia tunc peti poteſt reductio laudi, vt notat idem Fulg.in d.conſi.clxxx.col.fi.

Quartò limita, nam ſtāte enormiſſima læſione, & non obſtāte conuētione ſpeciali poteſt iudex laudum retractare ex officio ſuo, vt per Hoſtien.in d.c. quintauallis, colum.ii. Beltran.in conſil.v.col.i. & fi. volumi.i. quòd intelligit Abbas ibi colum.xiiii. quando Arbitrator errore lapſus præiudicauit in maxima & notabili quantitate, iuxta notata per Specula. in d.titu. de arbitris.§.

ſequitur.

ſequitur. verſi. quid ergo. alias dictum non posſit procẽdere, contra quod tenuit Ang. in diſputatione ſua inci. Duo ad inuicem litigantes, col. xii. in fi. Ioã. Bapti. gener Bar. in d. tract. de arbi. in xv. cap.

Quintò limita, vt ſuprà dictum eſt, ꝙ errore lapſus hoc fecit iudex, vt ſupra dictum eſt ex mente Speculatoris in d. §. ſequitur ver. quid ergo cum propoſuiſſet. Anto. de Bu. in d. c. quintauallis, col. xxi. Abb. col. xiiii. Imo. col. xxvi. Io. Bap. in d. tract. de arb. c. xv.

Sextò limita, quando laudum contineret peccatum, vt per Hoſtien. in d. c. quintauallis, et referunt ibi alii omnes, & ſequuntur. & Ioann. Bapt. in d. tractau in loco præallegato.

Amplia hoc & ſi promittatur petere, etiã quòd actio naſcatur ex laudo, vt not. Barto. in l. quod de bonis. §. i. ff. ad legem Falcid.

Amplia etiam ſi dicatur, quòd pronunciet de iure et de facto, vt per Deci. in conſi. xi. col. iiii. ver. non obſtant clauſulæ appoſitæ.

Principalis concluſio quòd laudum arbitratoris poſſit redduci. Primò fallit, quando eſt modica læſio, quia ratione modicæ læſionis nõ poteſt peti reductio, etiam ſi non ſit iuratum, vel non interuenerit renunciatio: ita Pau. de Caſt. in conſi. cclv. col. ii. vol. ii. Imo. in d. c. quintauallis, col. xxiiii. verſi. aduerte tamen Bal. in l. cùm filius. §. pater filiam. ff. de leg. ii. Ang. in conſi. clxxii.

Secundò fallit, quando in compromiſſo dictum eſſet, quòd poſſet facere altè & baſsè, quia per hoc impeditur reductio ad arbitrium boni viri. Hoſt. in c. fi. de maioritate & obedient. col. ii. in fi. Io. And. col. ii. Abb. in fi. Imola col. iii. Card. in vi. oppoſitione, dummodò dolus abſit. Pet. de Anch. prope finem, & Fel. col. i. Card. in c. ex poſita. col. pen. in xii. quæſt. de arbi. Bal. in c. i. §. inter pares. de leg. Corra. in l. & in maiorib. C. de appel. Rom. in repe. rubr. de arbi. col. iiii. verſi. ſed pone xi.

Contrarium tenet apoſtil. ad Abb. in d. c. fin. Tenendo primam opinionem, quæ videtur communis, limita, dummodo

dummodo dolus abſit, vt dicit Card. i d.c.fi. in vi. oppoſ.

Secundò intellige, vt excludatur enormis læſio, non enormiſſima, Pau. de Caſt. in conſi. cclv. vol. ii.

Tertiò limita, niſi dictum ſit altè, & baſsè, pro vt ſibi videbitur & placebit. ita Abb. in c. quintauallis. colum. xiiii. & ſentit Alex. in apoſtil. ad §. arbitrorum. Ro. ſentit in d. rub. de arbit. allegato loco. Beltran. in conſi. clviii. colum. viii. volumi. ii.

Sed contrarium in hoc voluit Bal. in d.c.i. §. inter pares. & Corn. in conſi. ccxxi. colum. iii. vol. ii. iuncto princip. conſilii.

Tertiò limita, quãdo arbitrator eſt electus, vt bonus vir habito reſpectu ad eum, non ad alium: quia impeditur reductio ad arbitrium boni viri. ita Bart. in l. iii. §. tam etſi. ff. de arbit. refert ſequitur Rom. ſingu. 50. Apoſtil. ad Bar. in d. §. Arbitrorum. Ferat. cau. viii.

Contrarium tenuit Io. Bapt. gener Bar. in trac. de arb. in vii. lib. in xvii. cap.

Quartò limita, quando eſſet renunciatum omni iuris remedio. Zaſ. conſi. xii. volum. ii. hoc tamen poſtea in eodem conſi. intelligit, ut non includat caſum enormiſſimæ læſionis.

CONCLVSIO ~~VI.~~ 130.

ARGVMENTVM.

Sententiam ſub conditione minimè ferendam, verùm ſi ſic lata fuerit, valet, & ab ea appellari debet.

Sententia ſub conditione fieri non debet, tamen lata tenet, & debet appellari. l. i. §. biduum. ff. quando appel. ſit. gl. in l. cum eorum. C. de ſent. & interlocut. & ibi Pau. de Caſt. quod intelligitur in conditione extrinſeca,

trinſeca, vt declarat glo.in d.§.biduum.ita ſentit glo. in l.cùm iudex.C. de ſentent. & interlocuto. pro vt declarat ibi Bartol. in ii.quæſtio. & in ii.apoſtill. & voluit ibi Cyn.& Pau.de Caſt.& Cyn.in l.non dubium, in v.oppoſitio.C.de ll.Angel.in l.non quemadmodum.ff.de iudic. in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudi. & hoc fuit de mente Bartol. in dicta l.prima.§.biduum,dum intelligit illum textum in conditione extrinſeca. idem voluit Alexand. in conſilio lxxiii. in fine colum. volumi. iii.Paul.de Caſt.in d.§.biduum colum.ii. in fi. & Alex. in l.a diuo Pio.§.in venditione,colum.vi.ff.de re iudica. & ibi Paul.de Caſt.in primo notabili.& Imola columna ſecunda,& ibi Iaſon colum.penultima.Bald.in l.admonendi,col.ii.ff.de iureiur.Abb.in capi. Præterea el, ii. in iiii.colum.de appell.Dominicus in cap.biduum,in princip.ii.q.vi.& ibi.Prępoſitus in primo notabili,& in ii.notabili in fine. Alexan.in l. ait prætor.§.ſi iudex. colum. iiii.ff.de re iudica.Rebuf.in l.quod iuſſit,in ii. notabili nume.cccviii.ff.de re iudi.

Contrarium verò, quòd ſententia lata ſub conditione ſit nulla,tenuit Bal.in d.l.cum iudex,in ſecunda oppoſitione & ibi Salic.cap. fina.primę col. Ang.in d.l.i.§. biduum.ff.quando appel.ſit & hoc ſentit Abb.in c.in literis,circa medium de officio deleg. dum intelligit iura dicentia, quòd ſub conditione fieri poſſit ſententia, in conditione de præſenti, vel de præterito ,non de futuro.

Ex dictis Bal.in d.l.non,dubium in quinta oppoſitione C.de ll.colligitur cõcordia, Aut conditio eſt extrinſeca ex de natura negotii vel cauſæ,& tunc valet ſententia,ſed poteſt appellari.& ita procedat prima opinio, & textus in d.l.ii.§.biduum.Aut verò eſt conditio extrinſeca,& non de natura negotii vel cauſæ, & tunc ſententia ſit ipſo iure nulla. Et ita procedat ſecunda opinio, tamen ex ſupradictis apparet quòd prima opinio indiſtinctè magis * communiter approbatur.

Amplia, vt etiã ſententia fieri poſſit ſub modo, vt eſt

textus

textus in l.cum eorum.C.de ſenten.& ibi glo. & Barto. & ſi ſententia lata ſit ſub modo, primò illi parendum ſit, vt notat Bald.in addit.Specu.in titu.de ſententiis in ſecunda columna.Bald.in l.admonendi, columna tertia ff.de iureiuran.

Primò limita primam opinionem, quòd ſententia lata ſub conditione extrinſeca, non ſit ipſo iure nulla, niſi ſententia lata ſit ſub conditione falſa, quia tunc ſententia eſt ipſo iure nulla. ita Angel. in l.qui Romæ.§. duo fratres.ff.de verborum obligation. ponit Alexand. in apoſtil.in dicta l.ſecunda §.biduum.& eſt bonus textus iuncta glo.in verbo pronuntiationis, in l. qui teſtamenta ff.de excuſatione tutorum. Angel. Aret.in d.§.biduum. & Feli in cpit.quò ad conſultationem, colum.ii. de re iudica.Corn.in conſi.clxxxi.vol.iiii.Fel. in c.ſicut col.xi.de re iudica.

Secundò limita, niſi ſententia ſit lata ſub conditione impoſſibili, quia tunc eſſet ipſo iure nulla.ita Imola in l.prima ff.de conditio.inſtitut.colum.vii.in verſi. circa primum.Alex.in apoſt.ad Barto.in d.§.biduum.idem tenet Areti. in l.impoſſibilis.ff.de verbor.obligat.col.i in fine,& ſequenti.

Contrarium, quòd iſto caſu conditio impoſſibilis uitietur,& non vitiet, tenuit Roma. in d.l.impoſſibilis, in prima columna verſicu.iii. concluſio,& in fi. colum. verſicu.item quid ſi adiiciatur. Angel.in dicta l.ſecunda §.biduum. Felin.in cap.quò ad conſultationem, colum. ſecunda de re iudica. Idem eſt in ſententia lata ſub conditione falſa. vt per eundem in dicto capit. quò ad conſultationem colum.ii.

Tertiò limita, niſi ſimus in ſententia decreti trahentis ſecum exequutionē, quia in tali ſententia conditio vitiat ſententiam ipſo iure, ita videtur textus & illum ſic notat Bál.in l.muto.§.ſi ſub conditione.ff.de tut.& ſequitur Alex.in d.§.biduum,in apoſt ád Bart.de quo habetur per gl. Ang. & Doctores in §.ad certum tempus, inſtit.qui teſta,tut.dari poſſ.

Quartò

Quartò limita in ſententia interlocutoria, quæ lata ſub conditione, ſiue de præterito, ſiue de futuro valet, nec propterea probat appoſita conditio iuſtam cauſam appellandi, pro ut dicitur in diffinitiua. Bart. in l. a diuo Pio, in princ. ff. de re iud. poſt gl. & ibi Alex. col. vi. poſt Pau. de Caſt. in i. notab. & Imo. etiam in primo atque in ii. col. in prin. verſi. in gl. in verbo exequi. & ibi Iaſ. in iii. col. in prin. in fi. Abb. in c. præterea el. ii. in iiii. col. de appel. & ibi Imo. col. ii. Rebuf. in d. l. quod iuſſit, ii. notabi. nu. cccviii. de re iudi.

Et idem eſt in laudo dato quò ad ſimilitudinem contractuum, quod ſub qualibet cõditione proferri poteſt. ita Petr. de Anch. in conſi. ccviii. col. pen. refert & ſequitur Deci. in d. c. præterea el ii. col. pen. de appell. Soci. in conſi. cxxiiii. col. ii. & ſeq.

Quintò limita, dummodo de tali conditione facta ſit diſcuſſio in iudicio, aliàs ſentētia eſt nulla. Bal. in addit. Spec. in tit. de ſent. in iii. col.

Sextò limita, nam ſententia non poteſt ferri ſub cõditione reſolutiua, & ſic lata, eſt ipſo iure nulla. Bar. in l. iudex. ff. de re iud. circa fin. & in l. moris. §. iſtæ ferè. ff. de pœn. Iac. de Belu. in diſpu. ſua incip. Cauetur l. municipali. Ang. in l. non quemadmodum, col. fi. circa fi. ff. de iudi. Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior, col. vi. verſic. iuxta hoc de his qui not. infa. & in l. ſi quis filio §. fi. in fi. ff. de iniuſt. rup. & irrit. teſt. in l. non dubium, col. v. in v. oppo. in verſi. ſed iuxta hoc quæro. C. de ll. in l. item Labeo. ff. fam. erc. in l. & ſi ſeuerior, col. pen. verſi. iii. quæritur. C. ex quib. cau. infam. irrog. Alex. in conſi. cxviii. vol. iii. & in conſi. xc. col. iii. vol. i Abb. in c. in literis col. i. de offi. deleg. Imo. in d. l. iudex. col. iiii. in fi. cum plurib. ſeq. Sal. in d. l. ea quidem, in xii. col. verſi. ex his collige.

Contrarium Ang. in d. l. iudex, & ibi Alex. col. fi. Bald. in l. certam, in fi. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Fel. in c. cum contingat, col. penul. de offi. deleg.

Tenendo primam opin. quæ videtur eſſe * magis communis. Limita, vt procedat, quando conditio reſo-

lutiua ponitur poſt perfectam ſentētiam, id eſt poſt verbum condemnamus vel abſoluimus, ſecus ſi prius, quia tunc talis cōditio operari posſit, ita Bar. in d. l. iudex, et ſequuntur omnes.

Secundò declara, quòd vitietur conditio reſolutiua, ipſa tamen ſententia firma manet. Bald. in l. certi conditio §. quoniam, col. pen. ver. viii. ff. ſi cer. pet. Abb. in conſi. lxxiii. col. fi. in fi. vol. i.

Tertiò limita in laudo, vt per Socin. in conſi. cxxiiii. col. ii. in d. c. quò ad conſultationem, col. iii. de re iudica.

Septimò limita, quòd ſententia lata ſub conditione intrinſeca, ſi probauerit, eſt ipſo iure nulla, cùm incontinenti probatio ſequi non posſit: vt ſentit gl. in d. l. cū iudex. quam ita declarat Bar. in ii. q. C. de ſent. & interlocut. Bal. in l. admonendi. in ii. col. ff. de iureiur. Pau. de Caſt. in l. continuus. ff. de verb. obl. Imo. in l. qui Romæ, in §. Augerius. ff. de verb. oblig. & ibi Soci. & Iaſ. ambo in finali col. Pau. in d. l. ii. §. biduum, col. iii. Ant. de Butr. in conſil. 50. Alex. in conſi. lxxiii. in fi. volu. i. Iaſ. in l. ait Prætor. §. ſi iudex, col. vi. ff. de re iudi. iſtam dicit veriorem * & magis communem opin. Ruin. conſi. xxxviii. volu. v. col. i. ii. & iii.

Contrrarium, quòd ſententia etiam relata ad futuras probationes, non ſit ipſo iure nulla, tenet Bal. in l. prolatam, col. pen. verſi. item fertur ſub conditione ſi probabitur. C. de ſent. & interloc. omnium iudi. Specu. in tit. de ſent. §. iuxta, verſi. ſed ecce. & in §. ſpecies, verſic. quid ſi iudex præcepit. Ang. in l. non quemadmodum. ff. de iudi. in fi. Bal. in l. peremptorias, in iiii. col. verſi. quæro iudex tulit ſententiam. C. ſententiam reſcind. non poſſ. in l. i. col. pen. verſi. quid ergo faciat iudex. C. qui acc. non poſſ. in l. ſi de meis. §. fi. ff. de arbit. Imo. in l. iudex poſtquam, col. fi. ff. de re iudi. Alex. in d. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verb. obli. col. fina. in fi. in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudica. verſicu. & ibi etiam quæri. Aret. in l. continuus, in fine principii. ff. de verb. oblig. dum ſe remitit. & hoc voluit Feli. in d. c. quò ad conſultationem, col. i.

col.i.de re iud.& hoc voluit Bal.in c.i.col.ii verſi.ſed an poſſit opponi conditio,de iureiu.vbi dicit, ꝙ ſententia poteſt concipi ſic: Abſoluo ſi non probauerit.

Tenendo primam opi.limita, niſi ex iuſta cauſa iudex ita pronunciet,referendo ſe ad futuras probationes, vt quia inſtantia labitur,vt notat Iac.de But.in d.l. cum iudex.& in l.i.col.pen.verſi.quid ergo.C.qui acc. non poſ. in d.l.ſi de meis.§.fi.in l.nō dubium,in v.col.in v. oppoſ. C.de ll.Alex.in conſi.clxxxii.in ii.col.ver.nec debet obſtare,vol.vi.Guid.Pap.in conſil.lxvii.apoſtil.ad Abba.in c.præterea,el ii.de appel.

Contrarium, quòd etiam iſto caſu iudex nō poſſit ſe referri ad futuras probationes,ſed ad factas tantùm, ēt quando periculum eſſet lapſus inſtantiæ,tenet Bal.in d. l.cum iudex,verſi.quæro quid ſi iudex non potuit examinare.& Feli.in c.venerabilis,col.vii.de iud. & fuit de mente Bar.in d.l.ait Prætor.§.ſi iudex.ff.de re iud.& ibi Ang.& Imol.& Iaſon col.pen.Bal.in d.c. quò ad conſultationem, col.ii.dicitur etiam iuxta cauſa referēdi ſe ad probationes futuras, quando probationes expectātur à remotis,vt not.Abb.in c.in noſtra,de ſepul.col.iiii.verſ. nam in acceſſoriis. ſequitur Soc.in d.l.qui Romæ.§. Augerius,in fi.Fel.in d.c.quò ad conſultationem, col.ii.ſed bene valeret,ſi ſententia ſe refert ad probationes iam factas,vt no.Bald.in l.cum iudex,in verſi.quæro quid ſi iudex.C.de ſenten.& ibi Iac.But.Ang.in prin.vbi Pau. de Caſt.& idem in d.l.à diuo pio.§.in venditione.in i.notabili,& in d.l.ii.§.biduum col.ii.ff. quando appel.ſit Soci. in d.l.qui Romæ.§.Augerus.ff.de verb.obli. Bal. in addit.Specu.in ti.de ſenten.in ii.col.Bar.in d.l. ait prætor. §.ſi iudex.& ibi Ang.& Imo.& Iaſ.Alex.col.iiii. & Iaſ. col.v. in fine Bal.in d. c. quò ad conſultationem,colum. ii. vbi declarat.

Contrarium,quòd etiam iſto caſu ſententia ſit nulla, tenuit Raph. in d.§.ſi iudex,& ibi etiam Pet.de Beſu.ut refert Iaſ.in v.col.& voluit Pau.de Ca.in cōſ.ccccxxiiii. incip. Ad confirmationem prædictorum, volumine i.

Rui.

Rui.conſil.cxxxiii.colum.i.& iii.volumi. iii.

Limita, niſi ſententia quæ ſe refert ad futuras probationes,reſpiciat probationes,quæ poſſunt ſequi incontinenti poſt ſententiam,vt eſt probatio per iuramentum. ut per Pau.de Ca.in d.l.cùm iudex.& in l.continuus, in princip.ff.de verb.obli. Ang.in l. nunc quemadmodum. ff.de iudiciis Io.Andr.in addit. Specula.in tit. de ſententiis in §. iuſta.verſi.ſed ecce.Et Bald.ibid.in addi. col.iii. Pau.de Caſt.in d.l.ii.§.biduum.ff.quando appell.ſit col. iii.& in d.l.A diuo Pio.§.in venditione.Abbas in capit. præterea el ii.col.vi.de appella.Soci.in d.l.qui Romę.§. Augerius,in fine Iaſon in d.l.ait Prætor.§.ſi iudex, col. vi.& dicit Bald.in l.iii.in fine.C. de fruc.& lit. expen. ꝙ valet ſententia. Condemno in expenſis quas iurauerit actor feciſſe. & hoc quando continet ſententia condemnationem vel abſolutionem per verba de pręſenti,ſecus ſi per verba de futuro,vt puta abſoluam te, ſi iuraueris. vt declarant Bal.& Sali.in d.l.cum iudex.

Item limita,in acceſſoriis,vt in fructibus vel expenſis, quia quò ad hoc poteſt referri conditio ſententię ad futuras probationes, vt per Abb.in cap.in noſtra, colũ. penulti.verſicu.nam iam,de ſepultu. quia in acceſſoriis valet libellus & ſententia incerta. Imo. in capitu.tanta de exceſ. prælator. columna prima in fine, & capitu. ad ſedem, de reſtitutione ſpoliator. in principio, & in capitu. inter dilectos, circa finem de donationib. Felin. in capitu. ſecundo,columna octaua, de lib. oblat. Bald. in rubrica de iuditiis,in decreta. in quarta columna. Anto.de But.in capit.cum ad ſedem,colum.iiii.in fine & in capitu.certificari,in ſeptima colum.in fine, de ſepul. & in capitulo ſecundo colum.ii.de ordi. cogn. & ſequitur Paul.de Caſt. in l.in ſumma.ff.de re iudica. in fructibus & aliis quæ non facile ſpecificari poſſunt. Imola in dicta l. in ſumma §. primo. & Alexand. columna prima Bald.in l. terminato, in notabilibus C. de fructibus, & lit. expenſis.Ange.& Imo.in l.ſi homo.ff.de re re iudica. Bartol. in l.prima.ff.de æden. Angel.in l. ſi marito

§.fin.ff.ſoluto matrimo.Rota in nouis deciſ.xxiiii. facit quod notat Bald.in l.iii.in fine C.de fruc.& lit.expen.ꝙ valet ſenrentia, Condemno in expenſis,quas iurauerit actor feciſſe.Abbas in cap.grauis, col.fi.de reſt. ſpol.

Contrarium,Bald.in l.i. in fi.i.col.& ſeq. poſt Ricch. Malum. in l.cum propria, in vltimo notabili.C. ſi quis alteri vel ſibi.& in d.l.terminato,in i.col.in fine dum reſtringit ad iudicium vniuerſale. Barto. in l.ex diuiſo.ff. de rei vendicatione.

Tenendo primam opi.quę videtur * magis communis, limita in acceſſoriis, non odioſis, ideo ſecus eſt in vſuris.d.l.in ſumma,vbi Pau.de Caſt.& Alexan.& Imo. colum.i.in §.i.

Secundò limita, niſi fructuum vel aliorum quantitas eſſet expreſſa in actis & probata,quia tunc ſentētia incerta fieri non poſſet ſuper illis,vt declarant Imola, & Alex.in d.l.in ſumma.

Tertiò limita,niſi facilè acceſſoria ſpecificari poſſent, quia tūc ſentētia incerta ſuper illis eſſet nulla, ita Pau. de Ca.in d.l.in ſumma.

Octauò limita in conditione intrinſeca & neceſſaria, quia ſub tali conditione poteſt fieri ſententia,vt condēno,ſi fueris condemnatus in conſilio ſapientis,vel abſoluo,vt in d.conſilio.ita Bal.in d.l.cum iudex.C.de ſententiis,& interlo.& ibi Salic. in fine. iſtam opinio.ſentit Federicus de Senis in conſi.cciiii.Angel.Aret.in l.ſecunda in fine.ff.de appellatio. Bald. in cap. primò circa finem de offitio lega. Anto. de Butr. in cap. cum venerabilis, colum.ii.in ver.quia verò,de exceptio. Soci. in conſilio cxxiiii.col.iiii.Abb.qui dicit * communem in d. capi. cum venerabilis,colum.penulti. Alberi.Pet. Cy.& Bal. in l.i.C.ſi aduerſus libertatem. & Bal.in l. teſtamento. ff.de hæredibus inſtituend.in cap.cùm Eccleſia ſutrina, in ii.colum.in fi.de cauſ.poſſeſ. & propriet. Feli.in cap. ſi pro debilitate, colum.penulti. de offic.delega. & ibi Felin. colum.iiii.Angel.in d.l.i.C. ſi aduerſus libert. & Paul.de Caſt.circa finem.Salic.colum. fina. & iſtam ſequitur

quitur

quitur & dicit communem Deci.in d.c.cùm venerabilis, colum.penulti.Angel.& Paul.de Caſt. in l. qui ſe dicit. ff.de iudic.Iac.Butr.in l.fi.C.vbi & apud quem.circa medium.Ange.in finalibus verbis in l.i.ff.de re iudica.& ibi Imola,Roma,colum.iiii.Bar.in l.fundus qui.ff.de reſcindenda vend.Angel.in l.præſes.C.de ſententiis & interlocut.Imola in l.ſi conuenerit.ff.de re iudica.& in l.i.§. ſi quis ita,colum.ii.& ibi Alexand. colum. penulti.ff.de de verbor.obliga.Et Rom.ibi colum.1.& Claud. colum. i.Areti,colum.ii.

Contrarium Ant.de But.in d.c.cum venerabilis,col. penulti.& in cap.conſtitutus, colum.i.in fi.de religioſ. domib. Paul. de Caſt. in l.ſecunda.§.biduum.ff.quando appella.ſit.colum.iii.Bart.in l.i.ff.ſi aduerſus liber.Abbas in cap.illa,in fine de accuſat.Ioan.Andr. in additio. Speculatoris in titulo de excep.§.viſo, verſiculo porrò in Italia.

Tenendo primam opinio.quę videtur * magis communis, limita pluribus modis,vt per Felin.in d.capitu. cum venerabilis,colum.xiiii.& ibi Deci.colum.penult. Areti in l.prima §. ſi quis ita.ff.de verbor. obligat. columſecunda.& ſeqnen.& Feli.in dicto cap.ſi pro debilitate,col.penul.de offi.deleg.

An valeat præceptum Iudeis prohibitorium ſub conditione, ſi poteſt prohibere. Afflictus ſuper conſtitut. folio lv.colum.i.

CONCLVSIO X.

ARGVMENTVM.

Locatio an dicatur ſolita, ex vna tantùm locatione.

NON ſine maxima cõtrarietate Doctores reſoluunt illum articulum,an dicatur res ſolita locari ex vnica

ea locatione tantùm. in quo articulo plures tenuerunt, quòd duæ ſaltem locationes deberent interuenire, vt notat Iacob. de Belui. in cap. i. De his qui feud. dar. poſſ. verſicu quæro an inducatur conſuetudo, & ibi Mart. de Laude. colum. penult. verſic. ii. binus actus. & ibi Aluarot. in iiii. col. in fi. verſic. quòd autem actus. Iacob. Ardizo. in in ſua ſumma charta, ii. ſub rubrica de his qui feud. dare poſſ. Imo. in c. ex parte, colum. penult. verſic. & notat. de feud. Cuma. in conſi. xcix. col. fi. verſic. idem ſi tenemus. Alex. in conſi. v. col. ii. & ſeq. verſi. fortificantur, vol. v. & in conſi. ix. col. ii. verſi. præterea ad hoc, volu. iii. Iaco. de S. Georg. in tract. de feud. in verbo feudum in vi. colum. verſic. ſed his cadit vna dubitatio. Deci. in conſi. cccxli. colum. v. verſi. vlterius conſiderandum eſt. & in conſilio cxlii. colum. iii. verſicu. ſolùm ſupereſt. Et in authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccle. col. vi. verſi. ſed dubium videtur. & in l. certi conditio. §. ſi nummos, col. ii. in fin. ff. ſi cert. peta. Iaſon in conſi. clv. colum. iii. verſi. dum autem, & in conſil. clvi. colum. ii. volum. ii. in quibus locis dicit quòd ab iſta ✱ opinione nemo diſcrepat. idem tenet Math. de Afflict. in ti. Epiſcopum vel Abbatem, colum. iiii. verſi. quartò, & vltimò nota ex textu. Cur. Senior in capitu. finali in quinta quæſtio. principali & in 50. colum. de conſuetud.

Et pro iſta opinione facit: nam ſolitus non dicitur qui ſemel tantùm fecit, vt notat Bald. in l. item lapilli, colum. iiii. verſi. viii. quæritur. ff. de rerum diuiſi. & ſentit idem Bal. in l. binos, in fi. de Aduoc. diuer. iud. Deci. in rubri. de conſuetud. in finali colum. & in d. l. certi condictio. §. ſi nummos colum. ſecunda in fine. Iaſon in conſi. cliii. colum. antepenul. in fine verſic. Præterea ex vnico. Cur. in d. cap. fina. de conſuetud. in quæſt. v. princi. & in 50. col. Cur. Iun. in trac. feud. in ii. parte in iiii. quæſt. principali colum. i.

Contrarium verò, quòd ſufficiat una locatio legitima & ſolemnis, tenuit Pau. de Caſt. in conſil. clxxxix. colum. i. volu. ii. Andr. de Iſernea in d. capit. i. colum. ii.

verſi.

verſi. bis aut ter. & in cap. i. de cler. qui inueſt. feu. Imo. in l. quod dicitur, colum. fina. ff. de verbo oblig. verſicu. item videtur quòd ſi ſemel. Curt. in dicto tracta. feud. in ſecunda parte in iiii. quæſtio. principa. Claud. in d. cap. i. colum. xv. & ſequen. qui declarat qualiter iſtud ꝓcedat. & iſtam partem puto veriorem: quia ex vnico actu habente tractum ſucceſſiuum continuatum inducitur conſuetudo, dummodo durauerit tempore apto ad inducendam conſuetudinem: vt notat Abbas in dicto capitu. fi. columna antepenulti. in fine de conſuetud. per textum in capit. cum de beneficio, de præbend. & ponit Felin. in capitu. cum acceſſiſſent colum. xvii. in verſi. ſecundus caſus, de conſtitu. Ripa lib. primo reſponſo. cap. xiiii. in i. colum. in fi. & ſequen.

Et pro iſta opinio. facit: nam verbum ſolitum etiam in vnica vice verificatur, vt no. Bar. in l. iiii. §. item Mella. ff. de alimen. & ciba. leg. in l. i. C. quomodo & quando iud. & ibi Angel. & Pau. de Caſt. qui dicit ibi * communiter doctores ita tenere. Alex. in conſil. v. Corne. in conſi. xxviii. col. fi. vol. iii. Ange. Are. in §. ex non ſcripto, in fine inſtitu. de iure natu. gen. & ciui. Curt. Iun. in conſi. xix. colum. ſecunda.

CONCLVSIO XI.

ARGVMENTVM.

Citatio an ſit neceſſaria ad perpetuãdam delegati iuriſdictionem.

VTRVM ad perpetuandum iuriſditione delegati ſit neceſſaria citatio, vel alius actus ante citationẽ poſſit inducere ꝑpetuationẽ iuriſditiõis? gl. ĩ c. ſi à delegato, ĩ verbo ꝓceſſum, tenet ꝙ ſit ꝑpetuatio, ẽt ꝑ actum

ante citationem. & in clem.ii. in verbo ad partem, vt lite pendente.& ibi Imo.colum.fina.gloſſ.in capit.ne aliqui, in gloſſ.in verbo incępta,de hæretic.in vi.& glo.in cap.quanuis,in verbo vſus,de offic.deleg.in vi.Hoſtien. in cap.relatum, de offic.delega.& idem Hoſtien. in cap. licèt vndique,colum.i.eodem titu. Ioann.Andr.colum. prima,Anton.de But. colum.ii.verſi. & quæro cum glo. prima,& ibi Cardin. in ii.colum.in iii.quæſt.& ibi Pet. de Anchara.in prima colum.in prima quæſtio.Idem tenet Ioan.Andr. in capi.venerabili,colum.prima in fi.de offic.delega.Barto.in l.more,colum.penulti.in fine ff.de Iuriſd.omnium iudic.& Domin.in cap.non ita, colum. prima, ſecunda quæſtio.ſexta.Ioan.And.in capi. quanuis, de officio delega. in ſexto circa finem, vbi Philipp. Franc. & Pet.de Anchar.Angel.in l.& quia,colum.fina. qui dicit,Canoniſtas ita tenere. Pau.de Caſt. in dicta l. more,colum.fina.in verſicu.in textu,Roma.in dicta l.& quia,Bald.in rubrica.C.de in ius vocand. Angel.Areti. in §.rectè, inſtitu.mand.colum.i.& iſtam opinio. tenent Domini de Rota in antiquis Deciſ.ccccxxxix. & in antiquioribus Biſignet.deciſi.i.in titu.de offi.deleg. Barbat.in cap.licèt,colum.prima,& ſequen.de offic.delega. & in cap.relatum,eodem titu.colum.i.cum ſeq. & iſtam opinio.veriorem & tenendam tanquam ✠ magis communem,quia pro ea ſunt Doct. qui pręualent pondere, numero.& menſura, licèt Alexand.ibi dicat contrariam partem magis communem, dicit Claud.in dic.l. more, colum.vii.verſi.ſed maior dubitatio.& Purpu.qui idem dicit nume.cxi.& ſeq.Cur.Iun.in apoſtil.ad Pau.de Ca. in l.more, & in lectura numero lxxvii.verſi.ii.principaliter. & iſtam opinio. communiter teneri per Legiſtas, & Canoniſtas dicit Anto.de But.in capi.relatum de offi.delega. Afflict. ſuper conſtit. fol.clxxxviii.colum.i.& iſta opinio in foro eccleſiæ proculdubio procedit etiam ex intentione illorum,qui tenẽt contrariam partem. & per Bal.in d.c.licèt vndiq;, col.i.de offic.delega.Imo.in l.ii.§.ſed,& ſi quis.ff.de dona.Barba.in d.c licèt vndiq;.

Claud. in d.l.more col.vii. vbi Alexan.colum. penulti. Nonnulli vſi ſunt iſto temperamento, quòd per ſolam commiſsionem citationis ſit perpetuata iuriſdictio quò ad iudicem,vt morte delegantis mandatum nõ expiret. ita loquitur Rotæ Deciſi. ccccxxxix. in antiquis &.i.in titu.de offi delega.in antiquioribus, non autem quò ad alios effectus, maximè concernentes partem non citatam.& iſtam concord. ponit Marian.in c. Propoſuiſti,in iiii.articulo princip. in iiii.quæſt.de foro compet. aliàs colum.v.Caccialup.in d.l.more,in xxvi. quæſtio. numero xxxi. Deci.colum.ix. in verſi.in ea glo. ibi, ſed qualiter incipit res geri.& Purpur.numero cxi.& ſequen.& ibi Curt.Iun.nume.lxxvi.& iſta diſtinctio ſummitur ex dictis per Io.Andr.in addit. Specula.in titu. de recuſat. §.i.circa finem.Anto.de But.in d.cap.Relatum,in i.col. in fine. Abbas in cap.ſi.colum.fina.de offic.delega. idem ſentit Io.And.in d.cap.ſi.colum.fina.Feli.in cap. quia, colum.pen.de iudi. & fuit de mente Dominorum in ſuis Deciſ.Bal.in c.gratum,de offi. deleg.

Contrariam partem, quòd ſaltem ſit neceſſaria citatio,tenuit glo.in d.cap.licèt vndique,in gl.ii.& ibi Cald. & Card.in vi.q.& Anto.de But.colum.ii.& ſeq.Bald.in i.colum.Imo.colum.i.in fine.Abb.in vltimo notabili.& idem voluit Abbas ipſe in d.cap.relatum, in i.colum.in fine & ſequen.& in cap. gratum tertio notabili. de offi. delega.vbi Pet. de Anchara.in primo notab. idem tenet Imola in d.cap.in primo etiam not.& in d.cap.relatum. vbi Felin.in colum. penulti. qui dicit iſtam partem eſſe magis communem. Archid.in cap.non ita, colum.ii. quæſt.ſexta,& ibi Card. Alexan.colum.penulti. Archi. in c.quanuis,de officio deleg.in vi.& ibi Domi. Ioan. de Fant.& Domi.in capi. ſi ab ſubdelegato,de offi.deleg.in vi.Philip. Franc.col.i.Ioan.Monac. in ca. vt animarum, de conſtit.in vi.Salic.in d.l.more,& ibi Alex. col.penul. qui dicit iſtam partem communem.Deci.in c. relatum, colũ.ii.in ſi.& ſequen. de officio delega. Iaſon qui dicit iſtam partem magis communem in d.l.more, colum.ii.

Feli.dicit iſtam magis communem & tenendam in capi. Paſtoralis.§.quoniam,col.penulti.de reſcrip. idem Feli. in c.cauſam quæ,col.fi.de teſtib.

CONCLVSIO XII.

ARGVMENTVM.

Citatio nulla an inducat perpetuitatem iuriſdictionis.

SED ſtatim dubitatur, an citatio nulla inducat perpetuitatem iuriſdictionis? & licet Hoſtien.in capi. licèt vndiq;, col.i.in fi.de offi.delega.dicat quòd ſic,& ſequitur Gomeſ.in repetitione capit.i.de conſtitutio.in vi.char.xl.verſi. ſed aduertendum. quod videtur tenere Ant.de Bu.in cap.venerabili,col.penult.de offic. deleg.Rom.in conſi.cccxxxv.colum.ii. Contrarium tamen tenet Card.in d.cap.venerabili,col.penulti. & in d. c.licèt,in v.q.& idem tenuit Hoſt.ſibi contrarius in ca. olim, in princip.de excep.& idem Arch.in c.quanuis, de offi.deleg.in vi.& gl.fi.circa medium,& in c.cum plures, de offi.delega.in vi.quæ dicit, ꝙ per actum nullum non perpetuatur iuriſdictio.Domin.in d.c.quanuis, & in d. cap.cum plures,col.fi.vbi Phil.Fran.in fi.col.& Petr.de Ancha.col.fi.Io.Andr.in addi.Specu.in tit.de libel. con cep.in.§.nunc dicamus. Abbas in d.c.gratum,& ibi Feli. col.ii.& Abbas col.i.in fi.& ſeq.in d.capi.venerabili. & Imo.ibi col.fi in fi. Ange. in l. ſi quis poſteà,circa finem. ff.de iudiciis. & iſtam opinion.tenet Iaſon dicens illam * communiter approbatam in d.l.more,col.ii. Felin.in c.ex tenore,col iiii.de reſcr.in c.illud,col.iii.de præſcr. Rom.in conſi.ccccxxxii & idem tenuit Curt.in apoſtil. ad Pau.de Ca.in d.l.more.

Tenendo

Tenendo iſtã partem, quę videtur eſſe * magis cõis, limita dupliciter, vt p Fel. i d. c. Gratũ, de offi. deleg. col. ii.
Tertio modo limita, vt per Purpur. in dicta l. more, col. xvii. nu. cxiiii.
Quid in citatione circunducta? Afflic. ſuper conſtit. fol. clxxv. col. iiii.

CONCLVSIO XIII.

ARGVMENTVM.

Alienatio rerum Eccleſiæ abſque ſolemnitatibus facta, ſi vtilis ſit, an nihilominus valeat?

VTRVM alienatio rerum eccleſiæ vtilis ipſi eccleſiæ valeat ſine ſolemnitatibus? glo. qp ſic in l. cum hi. §. eam tranſactionem. ff. de tranſact. & ibi Bald. & Ang. cum quadam diſtinctione, quam etiam ſequitur ibi Iacob. de S. Giorgio, hoc idem tenet Alber. de Roſat. in auth. hoc ius por rectum, in fi. col. C. de ſacroſan eccle. Bald. in l. quicunque. C. de bonis quę lib. & ibi Alex. in apoſt. in l. neque. C. de contrahenda, & commit. ſtipu. in l. contra iuris, in fin. princip. C. de pactis. in l. ſi conſtante. ff. de iure dot. Rom. in conſi. ccccliii. & in conſi. cccxvi. Barb. in conſi. xxxix. colum. vii. volu. iii. & in conſi. xxxv. col. pen. & in conſi. lxi. col. iii. & in conſi. lxxxvi. in fin. vol. ii, & in conſil. v. col. pen. vol. iii. Ang. Aret. in . §. fui. in fin. inſtitu. de hæred. quæ ab inteſt. Mathæſ. in ſingu. clvi. Deci. latè in cap. quæ in eccleſiarum col. ii. cum ſeq. de conſti. in cap. cauſam quæ, col. fi. de iudic. Alex in apoſt. ad Bart. in l. cum lex, ad fin. ff. de fideiuſ. Coffet. in ſing. in verbo pupil. Alex. in l. mutũ, in fi. ff. de acqui. hær. Iaſ. in l. non eo minus. C. de procur. in l. cõtra iuris, in prin. ff. de pact. in l. his qui bonis, col. i. ff. de verb. oblig. in l. Barbarius, colum. ii. in fin. & ſequen. ff. de offic. præto. & in l. more,

col. lxi.

col.lxi.ver.tenendo iſtā partem,eā limita. ff. de acquir. hæred.in l.iūs iurandum quod ex conuentione.§.pupillus.in fi.ff.de iur.iur.in l.qui iuraſſe,col.i.eo.tit.in l. potuit col. ii.in prin.C.de iur.delib.in.§. omnium col.xx. ver.aduerte tñ.Inſtit.de act.in conſi.ccxxii.col.iii. vol. ii.Cęp.in conſi.ciu.xiiii.col.ii.Soc.in conſi.lxxx. col. ii. vol.iiii.Fel.in c.dilectus,el ii.col.v.de reſcrip.Dec.in cōſil.cccxxxi.in ii.col.in fi.ver.ii. principaliter.Gomeſ.in c.fi.§.ſi verò char.v.de iudi.in fin.ſentit Ang. in conſi. vlt.col.fi.Brun.in tract.de forma fol.lv. col. ii. Pariſ. in conſi.xvi.col.xix.vol.ii.Grat.in conſi.xlvi.col.fi.volu.i. Maria.Iun.conſi.xxviii.col.pen.vol.ii.Ruin.conſ.lxiiii. col.iii.vol.i.Gram.cōſi.x.col.ii.in fi.& cōſi.xxviii. col.i.

Contrarium tenet Iacob.de But.Bar.Paul.de Caſt. & Iaſ.in d.l.cum hi.§.eam tranſactionē.ff. de trāſactio. Bal.in l.fi.§.neceſsitate. col.v. C. de bonis quæ liberis. Fel.in c.cauſam,col.v.de iudic.Alex. in conſi. clxxxvii. col.i.ver.iiii.per id quod habetur,& iſtam eſſe * cōem dicit Iaſ.in l.cōtra iuris,in princ.ff.de pactis.Bal. in l.pupillorū.in fi.principii.ff.de rebus cred.& in cōſi.cxcviii. volumi.v.Brun.in tract.de potentia,& effectu formæ in ix.ampliat. Socin. in conſi.xxix.colum. iii. & vi. Deciſ. Neap.cxiii.in nouis.

Hoc tamen oēs videntur admittere, ꝙ eccleſia poſſit contractū quāuis nullū propter vtilitatē ratificare. Innoc.in c.i.de his quæ fiunt à pręlat.eſt bonus text. in cap.ſi qua de rebus,xii.q.ii.glo.in c.i.ne ſede vacan.Abbas in c.cum cauſa in fin.de re iudic.Anto.de But.in c.ſi quis presbyterorum,colū.i.de rebus eccleſ. non alien. Fulg.& Iaſ.in d.§.eam tranſactionem.Deci. in cap. quæ in eccleſiarum col.ii.in fi.de cōſti.Corſet.in ſing.in verbo Pupillus.Soc.in conſi.lxxx.col.ii.vol.iiii.Brun.in d. tract.de potentia & effectu formæ, in xix. ampliatione Præpoſitus Alex.in c.i.qui feud.dare poſſ.col. pen.Rebuff.in cōcord.fol.lxiii.Brun.in tract.de forma fol.xlix. col.iii.& fol.lv.col.ii.& fol.lviii.col.iii. Rui. cōſ.xl.col. fi.vol.v.Et facit,qđ not.Bal. in l.cū interdicti.C. de arb.

CON-

CONCLVSIO XIIII.

ARGVMENTVM.

Iuramentum conſtituit ne in mora abſque interpellatione.

AN Iuramentum cōſtituat in mora ſine interpellatione.Spec. tenet ꝙ ſic in titu. de Aduocat.§.i.ver. ſed nunquid is qui iurauit.Sentit Io. And. in cap. breue, de iure iuran.dum ſe remittit ad notata per Speculatorem in loco præallegato. Idem voluit ibi Ant. de But.colum.i.in fi.Abbas col.ii.Imol.col.i.in fin. ſequitur Cremen. dicens eſſe aureum dictum in ſingu.cxxii. Alex.in l.ii.§.fin.circa fin.ff.ſolut. matri.Aret. in conſi. cl.incip. Viſis diligenter,colum.iiii.Curt.Iun. in tract. feud.in iiii.parte col.xxiiii.in xxxvi.caſu.Corſet.in rub de iureiur.in iiii.priuilegio.Anto.de Bauer. in tract. de iureiur.in ſeptimo ſpeciali.Barb.in c.fin.in v. fallentia, & ibi Ant.Burgos in v.col.de empt.& vend.& idē Barb. in c.ex literis,col.x.de conſt.Iaſ.in d.l. quod te co. viii. ver.iuxta prædicta quero.ff.ſi cert.pet.& iſtam ſequitur & dicit * communē ibi Dec.nu. ii. & ibi etiā Purpur. col.antepe.ver.ſeptimò exemplificatur. Claud.in l.non ſolùm.§.morte,col.xvi.ver.Aliam notab.limitationem. ff.de nou.oper.nunc.& iſtam dicit communem Gomeſ. in §.item ſi quis poſtulante,col.vi.inſti.de act.iſtud ſentit Fel.in c.ex reſcripto,colum.pen.& fi.de iureiur. vbi prius dixerat,iuramentum operari,quòd quis videatur promiſiſſe facturum & curaturum, & tamen poſteà ſubdit, ꝙ quando quis promittit facturum & curaturum, non requiritur interpellatio. Gozad. in conſil. xxvii. col.iii.& in conſi.xxxi.col.i. & ſeq. & in conſi. lvii. col. iii. Caſſanę.in conſuetu.fol.ccx.colum. iiii. Hiſp. in c.

per veſtras, char.xc.col.iii.de dona.inter vir.& vxor.

Contrarium Alexand.in d.l.quod te,col.iiii.Curt.in apoſt.ad Alex.& in lectura nu.xxvi.Soc.in l.ii.§.fi.ff.ſoluto matri.Aret.in l.ſi ſeruus communis,in fin. princ.ff. de vulg. & pup. Gomeſ.in d.§. Item ſi quis poſtulante, col.vi.inſtit.de actio.Ripa in cap.cum M.col.xc. de conſtit.dum ſe remittit ad notata per Alex. in d.l. quod te.

CONCLVSIO
Et Regula XV.

ARGVMENTVM.

Principis à ſententia non appellatur, niſi ad alterius relationem pronunciatio facta fuiſſet.

LICET à ſententia principis regulariter non appelletur.l.i.ff.à quib. appel. non lic.tamē quando pronunciat ad alterius relationem appellatur,ita tenet Roman. in cōſil. DXXI. Socin.in conſi.cxcv.colum.iii.verſicu.poſtremò poſito. Dec.in cap.intimaſti.colū. fina. ver. tertius actus & ibi Philip.Franc.col.iii.de appel.Pariſ.de Put.in tract.ſynd. in char.xxi.Ripa ī cap.i. circa iii.col.de reſcrip. Nicel. in concordia glo.vi.in xc.caſu.Abbas in i.diſput.incip. Epiſcopus,col.xiii.appoſtil.ad Felin.in rub. de appella. col.iii. apoſtil.ad Paridem de Puteo in tractatu de Syndicatu fol.xx.Gozad.in cōſi.ci.col.ii.Rebuff. in l.quod iuſsit,ii.notab.nu.lii.ff.de re iudic.Ruin.conſi.xxx.col. ii.vol.iiii.Grammat.deciſ.xxxv.

Contrarium,ꝙ à ſententia non appellatur,ſed tantū à relatione,cùm nec à reſcripto principis appelletur,tenuit Abb ī d.c.intimaſti,col.fi.ver.iii.actus, & ibi Imol. col.i.Ang.Aret.in l.i.§.i.in fin.ff.de appella. recip. Domin.in cap.biduum.§.ſi quidem,& ibi Card. Alex. qui declarat conſilium Rom.ii.q.vi.Iacob. verò But. diſtinguit

guit in l.i.C.de relat.in fin.nam aut habuit copiã relationis, & nõ põt appellare aut non habuit, & appellari põt. Et ꝙ non appelletur,ſed ſit exequenda,& in hoc male loquatur Rom.tenet Deciſ.Neap.cxi. in nouis.

Tenendo primam opin. quę videtur * magis communis,limita vt princeps nõ teneatur deferre tali appellationi,ſed põt,ſi vult.Rebuff.ĩ d.l.qđ iuſsit,ii.no.nu.liiii.

Secundò limita vt per talem appellationem nõ impediatur executio,ita Abb.in d.diſput. prima incip. Epiſcopus,colum.xiii Et ſupplicatio contra ſententiã principis pariter non impedit,nec reſtitutio in integ. deciſ. Neap.liii.in nouis Gram.deciſ.xxxv. Item appellatur à principe male informato ad eundem melius informandum.Rebuff.in d.l.quod iuſsit ii.notab.nu.liii.

CONCLVSIO
Et Regula XVI.

ARGVMENTVM.

Excommunicatum à teſtimonio repellendũ.

EXcommunicatus repellitur à teſtificando: c.decernimus,de ſenten.excom.in vi.cap. veniens el ii.in fin. de teſtib. & cap. licèt, de ſenten.excommuni.in vi.licèt contrarium dixerit in aduertenter Felin.in cap. intelleximus,col.ĩ.de iudic.

Primò amplia,etiam ſi dicat nullam ſententiam excõmunicationis,vt eſt tex.in d.c.veniens,el ii.in fi. & voluit ibi Aret.in viii.notab.Feli.in d.c.intelleximus,col. ĩ.& idẽ in d.c.veniẽs,col.i.tñ talis abſoluitur ad cautelã vt dicit tex.ibi in fi.& declarat Aret. in loco ꝑallegato. & hoc qñ pro alio ꝓbatio fieri nequit, vt per Feli. in d. cap.veniens el ii.col.5o.in fin.

Secundò amplia, etiã contra pariter excõicatum, vt no. Specu.in titu.de teſtib.§.primo.colum.xiiii.ver.ſed

nunc

nunc quid ſi excommunicatus.ponit Lap.Abb.Io.And. & Domi.in d.c.decernimus.col.ii.& ibi Philip.Francus col.ii.Card.in c.perpendimus,in repet.col.antep. in fin. de excõmuni.Imol.in d.cap.ex his, col. iii. & ibi Card. in iii.oppoſ.de tranſac. Feli. in d.c.veniens cl ii.col.fin. de tranſactio.

Tertiò amplia,etiam ſi ſit excommunicatus, quia nó eſt confeſſus,iuxta diſpoſitionem c.omnis, de pœniten. vt declarat Feli.in cap.teſtimonium, col.i. de teſtib. per Pariſ.in conſi.lviii.col.x.vol. iiii. Contrarium Marian. Iun.conſi.xxxii.col.pen.volu.ii.Ruin.conſi.cvi.col.i.in fin.& col.iiii.vol.v.

Primò limita in teſte inſtrumentario,quia excommunicatus poteſt eſſe teſtis inſtrumentarius.Innoc.in c. pia, de excep.in ſexto,circa fin.Ant.de But.in cap.ex his, de tranſac.col.iii.qui hoc intelligit in occulto excommunicato,non in publico.Io.And.idem tenet in d.c.decernimus col.fi.de ſent.excom.in vi.Specu.in titu. de inſtrumen.ædit.§.inſtrumentum,ver.quid ſi teſtis inſcriptus. Cyn.in l.fi.C.de hæret.& hoc ſequitur Fel.in c. intellescimus,col.i.de iudic.Domin.in d.c.decernimus,col. fin. in fin.in vi.& ibi Philip.Franc.col.ii. qui limitat quando teſtis apponitur ad probationem in inſtrumento,ſecus quando pro ſubſtantia inſtrumenti,vt per eum.

Secundò limita,nam in cauſa fidei creditur teſti excommunicato,& eſt ſpeciale,vt ex text.in c.in fidei, de hæret.in vi.ponunt Io.And.& Domini.in d.cap.Decernimus,& ibi Pet.de Anch.col.i. Philip. Franc. col. ii. & facit ratio,nam iſto caſu,& hæreticis creditur,vt eſt tex. in d.cap.in fidei,& etiam Iudæis,vt not.Felin.in c.fidei, colum.ii.de teſt.

Tertiò limita,dummodo ſit publicè excommunicatus ſecus ſi occultè.ita Bar.in l.i.C.de teſtamen.& ſequitur ibi Iaſ.Fel.in c.veniens col.fi.in ii.limitatione de teſtib. & pro iſta parte facit,nam teſtis infamis ita demum repellitur ſi ſit infamis & pro tali habeatur glo. in l. cum lege.ff.de teſt. Bart. in d.l.i.C.de teſtam. & in l. ſi arbiter.

ter. C. de ſenten. Bart. in l.ad teſtium.§.i. in princi. de teſt.in l.cum lege,eodem tit.Bald.in l.ii.in i. col. C. de ſenten. & in l.i.colum.ii. C.de ſecund. nupt. Bald. in l. Caſsius,co.i.de Senat.& in l.i.col.v .C.de ſumma trinit. & in c.cum non ab homine,col.xvi.& ſeq.de iudic. Fel. in cap.ad probandum,colum.ii.de re iud.& iſtam partē dicit * communem Alexan.in apoſt.ad Bart.in dicta l.cum lege.ff de teſta.dum dicit iſtam glo. communiter approbari.& licèt opinio Bart.in l.i.C.de teſtamen. reprobetur communiter,vt ibi per Bald. & Imol. Raph.& Paul. de Caſt.in l.ad teſtium.ff de teſt. & tenent Rom. Fulg.Riminal.& Corn.in dicta l.i.C. de teſta. Alexand. in conſi.clii.colum.pen.volu.v.vbi dicit iſtam communem & idem voluit Aret.in cap.teſtimonium,colum.x. de teſtib.& in d.l.cùm lege,in fin. tamen reprobatur in eo in quantùm dicit eſſe probandum per opponentem, ꝙ ſit talis,& habeatur pro tali.Doctores verò dicunt, ꝙ hoc non eſt neceſſe probare per opponentem,quia ſatis eſt probata intentio ſua,quia probat illum eſſe talem, tamen,ꝙ ſi per illum cui opponitur infamia vel per inducentem illum teſtem, probabitur, ipſum non fuiſſe habitum pro tali,quòd tunc etiam hoc non obſtante teſtis repelleretur,hoc non dicunt Doctores ibi Bar.reprobantes,quòd immo iſto caſu admittũt talem replicationem.Alex.in d.conſi.cclii.colum.pen. & Paul. de Caſt. in d.l.ad teſtium.§.i.in prin. & ibi Imol. & iſtud etiam tenent Rom.in d.l.i.colum.ii.& Riminal.col.ii.& iii.

Contrarium in principali articulo,quòd etiam excōmunicatus occultus prohibeatur teſtificari, tenet Philip.Franc.in c.Pia,de exceptio.in vi.Ant.de But. in c. ex literis,col.iii.de trāſact. ver.aduerte quia immo, ibi hoc vltimum dictum.Fel.in cap.poſt ceſsionem,colum.pen. in fi.de probatio.& in cap.Rodulphus,in vlt.char. col.i. in fin.& ſequē.de reſcrip.& hoc ſentit etiam in rub. de teſt.cog.colum. i.pro qua opinione facit, nā in his quę geruntur iure priuato,non eſt differentia inter occultum & non occultum.& prohibere teſtimonium non ſit

ratione

ratione publici officii, vt notat Innoc.in c.nihil, in fi. de electio. Ant.de But.in cap.teſtimonium, colum.i. de teſtib.& in c.fraternitatis colum.ix.eodem tit. Abb. in d. cap.nihil, colum.fin.& in in rub.de teſt.cog.& ibi Bal. & Feli. colum.i.& ponit Card.in repetitio.cap. perpendimus, colum.antep.in fin.de ſent. excom. Rebuffus in cõcordia.fol.ccxxviii.

Et in his quæ iure priuato aguntur, non fit differentia inter occultum & non occultum. Innoc.in d.cap. nihil.in ſi. Ant.de But.in d cap. teſtimonium, col.i. Abbas in d.c.nihil, in fi.col.& in rub.de teſt.cogend. & ibi Fel. col.i. Ant.de But.in d.cap.ad probandum colũ. ii. de re iud.& ibi Fel.colum i.in fin. Ioan. And.& Domin.in cap. i.de reſcrip.in vi. Ant.de But.& ibi Abbas col.pen.in fi. & Dec.col.pen.& Fel.col.pen.in cap. poſt ceſsionem de probat. Abb.in cap.ſi verè, colum.ii.circa fi.de ſent.exc. & in c.conſulti, in fi.de procurat.in c.veritatis, in fin. de dolo & contuma.in cap.intelleximus, in fin. de iudic. in cap.conſultationibus, in fin.de iure patron.in c. paſtoralis in §.verum, colum.iiii.de appel.Soc. in reg. ccxxvii. in ii.limitatione, Ioan.Fab.in §.ſed cum aliquis, colum. fin.Inſtit.de teſta.Bar.in d.l.Barbarius, in repet. col.iii. Bald.colum.ix.in fin.in lectura. Ang.colum.i. Iaſo.col. pen.de offic.præt.Felin.in cap.Rodulphus, colum.fi. de reſcrip.Roſel.in Monarchia colum.iiii.char.lviii.Soc.in conſi.lix.colum.ii.Corn.in conſi.clii.colum.fi. vol.iiii. Calca.in conſi.cxxiiii.colum.vii. Rebuff. in concordatis fol.ccxxviii. Card.in clem.i. verſi. ad prioratus, ad fin.de reg.& per iſtam rationem, iſtam partem puto veriorem, quòd excommunicatus & ſi occultus non admittatur ad ferendum teſtimonium.& per iſtam rationem infero, ꝙ malè loquuntur doctores ſupra relati, qui tenent, ꝙ poteſt replicari in fauorem teſtis qui non habebatur pro tali, quia iſta replicatio non releuat, vt apparet, ex quo in his quæ fiunt non ratione publici officii, ſed priuati, vt teſtificari, non fit differentia inter occultum, & non occultum. Sed ſi alia opinio teneretur, ꝙ

occultus

occultus excommunicatus poſſet teſtificari,deberet limitari,niſi excõicatio eſſet iudici probata, quia tunc & ſi aliàs occulta,tamen teſtes repelleret.Ita Imol.in l.cũ lex,in fi.de teſtib.Fel.in c.ad probãdũ,col.ii.de re iudic.

Tertiò limita,nam excommunicatus minori excommunicatione põt teſtificari.gl.in c.decernimus,in verbo & teſtificãdo,in prin.ipſius gl.de hęret. in vi.

CONCLVSIO XVII.

ARGVMENTVM.

Iurans non facere aliquid, ſi illud deinde fecerit, nullius erit roboris.

Tertiò amplia, vt in ſtatutis excluſiuis fœminarum, verbum hæres maſculinum de deſcendentibus intelligitur.Bruñ. in tract.quod ſtantibus maſcul.fol.lxx. colum.iii.& fol.lxxi.col.iiii.in fi.& ſeq.

Primò limita, ſi ſit facta mentio de hærede alicuius viuentis, quia viuens non habeat hæredem ſanguinis, ita Bart.in d.§.etiam,colum.ii.Paul.de Caſt.col.ii.in fi. Soc. colum.i.Iaſ.col.iiii.Soc.in conſi.lvii.col.ii. vol.iii. Pariſ.in conſi.lxxi.col.vii.vol.ii.

Secundò limita,ſi verbum hæres proferatur in materia,quæ ſui natura non eſt tranſmiſsibilis,niſi ad deſcendentes. ita Bart. in d.§. etiam. colum.ii.Paul. de Caſt. col.ii.in fi. Alex. qui limitat vno modo colum. ii. Aret. qui limitat duobus modis, & vno modo ampliat in v. col.Claud.qui limitat duobus modis colum ii. Ant. de But.in d.c.in præſentia,col.iii.Abb.col.vii.Imol. col.iii. Dec.col.xviii.qui vno modo limitat,& ibi Feli. qui etiã ſimiliter limitat vno modo.Bald.in l.etiam in fin.ff. ſol. mat.idem Bald. in c.i.viii. not. de alienat.feud. in l.i. in lxxxiiii.q.ff.de rer.diuiſ.ſentit Bart.in l. iuriſiurandi.§. ſi liberi,col.i.ff.de oper. libert. Specu. in §. nunc aliqua, ver.cxiii.in tit.de locat.Cald.in conſi.xv. de verb. ſign. & Bald.in l.liberti libertæq; colũ. vi. C. de oper.libert. idem tenet Imol.in d.l.etiam, vbi dicit hoc ✱ communiter teneri per Doct. ff. ſolu. matri.Ioan.de Plat. in l.i. col.pen.

colum.penult.C.ſi imperialib. lib. x. Alexand.in conſi. xvii.colum.prima.volu.v. Socin. in conſi.xix. colum.i. Corn.conſi.cclxxii. colum. ii. volu.iiii. Socin. in conſi. lvii.colum.iii.volu.iii.Marian. Iun. in conſi. lxxvi. colum.ii.Ruin.in conſi.lxviii.col.pe.vol.v.

Contrarium Cyn.in d.l.liberti libertæq;,col.ii.verſi. vnde facit ad quæſt.

Tertiò limita,quando reſultaret abſurdum iniquum vel impoſsibile, vel quid repugnans voluntati diſponentis,ita Bart.in dicto §.etiam,& ibi Bald. in ii. colū. Paul.de Caſt.colum.ii.Socin.colum.iii.Iaſo.colum. vi. Anto.de But in dicto cap.in præſentia,colum.iii. Abb. colum.vii.Dec.in xix.colum.Ang.in conſi.cccv. Alexā. in conſi.xxxvi.colum.ii. & ſequen. volu.iii. & in conſi. xlix.vol.vi.Imol.in conſi.xxi.col.ii.Pariſ.in d.c.in præſentia,nume.ciii.

Abſurdum videtur ſequi, ſi conditio, ſi grauatus deceſſerit ſine hærede,intelligeretur de hęrede ſucceſsionis,cum cōditio ſemper eſſet extitura,quia ſemper quis decedit cum hærede ſucceſsionis, & ita procedit text. in l.ex facto.§.fina.ff.ad Trebel.& ibi hoc not. Bart. & in d.§.etiam,colum.ii.Bald.colum.ii. Paul.de Caſt.colum. pen.Socin.colum.iii.Abb.in d.cap. in pręſentia. colum. vi. Deci.colum.xix. Angel. in conſi. cclxvi. in princi.& in d.l.i.in princ.C.ſi imperial.liber.lib.x.Cuma.in conſi. cxxv.in princ. Iaſo.in dicto.§.etiam, colum. vi.Aret.in d. cap. in præſentia, colum.vii. Corn.in conſi. cclxxii. colum.ii.volu.iiii.Imol.in d.l. quod dicitur, colum. pe. ff.de verb.oblig. Alexand.colum.antepe. Pariſ.in conſi. lxxxix.cul.ii.volu.ii.

Amplia,etiam ſi dictum ſit de legitimo hærede.Guido Papę quæſt.cccclvii. quaest in meo libro.

Contra voluntatem diſponentis ſequitur eſſe,quādo appellatione hæredis veniret extraneus, ſecundū Riccard.Malumb.quem refert Bal.in dicto.§.etiam, nam ſi ſubſtitutio ſit facta Titio inſtituto, de Gaio & eius hæredibus ſub conditione ſi deceſſerit Titius ſubſtitutus

ſine liberis, quo caſu extranei hæredes Titii non faciunt deficere conditionem ſubſtitutionis, vide ibi per Bald.& fuit opin.recitata per Ioan.And.in addit. Specula.ſub rub.de teſt.in fin.ſequitur Bal.col. fi. & Raph. Cum. Paul.de Caſt.col.fi. Aret.col.iii. qui dicit * cōmunem.Socin.colum.pen.qui idem dicit,& Iaſ.col. pe. qui idem dicit, & Raph.Cuma.in l.ex facto.§. fin.ff. ad Trebel.Raph. Fulg.in l.generaliter.C.de inſti. & ſubſt. in l. cum acutiſsimi.C. de fideicom. Alexand. in conſi. xciii.colum.ii.vol.iii.& in conſi.cxxv.colum. fin. vol.v. Corn.in conſi.cclxxiii.col.fi.vol.iiii.Sal. in conſi.xvii. in ii.dubio.Alexan.in conſi.xxxvii.colum.iii. verſi.pro hoc vltimo facit.volu.vi. Soc.in conſi.xii. colum.i. vol. iii.Alex.in conſi.cxxxix.col.i.& iii.vol.vi. Ruin. conſi. xlii.col.iii.vol.ii.

Contrarium,Ang in d.§ etiam,& ibi Imol. & Alexā. colum. iii. Claud.colum. pen. licèt dicat alteram partem communem. Corn.in conſi.cclxxii colum.ii.in fin. & ſequen.vol.iiii.Deci.in conſi.ccxciiii.colum.i. in fin. & ſeq.maximè,quando dictum eſt,omnem hæredem.

Tenendo primam opin.quæ eſt communis,limita ſecundum Paul.de Caſt.in d.§.etiam, colum.fi. ſi ſubſtitutio facta ſit cum illa conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine filiis, vel ſit talis perſona in cuius perſona non intelligatur conditio liberorum, aliàs ſi ſimpliciter facta ſit ſubſtitutio poſt mortem , & nō ſit talis in cuius perſona conditio non ſubintelligatur,tunc extranei hęredes ſubſtituti venirent tanquam vocati ad ſubſtitutionem.& licèt ipſe Paul.de Caſt.non plenè firmet, tamen Aret.col.fi.magis præcisè tenet iſtam opin. & Soc. col.pen.& Claud.col.etiam pe.in fi.

Item ſequitur contra voluntatem teſtoris, quando ſi verbum hæres pro omni hærede etiam extraneo acciperetur ,& deſcendentes teſtatoris excluderentur ab extraneis, quod repugnare videtur voluntati teſtatoris.arg.text.in l. cum acutiſsimi.C. de fideicom. l. cum auus.ff. de condit. & demonſtra. & iſtam concluſionem

firmauit

firmauit Alexand.in conſi.cv. colum. ii. verſi. comprobatur, volu.i.& in conſi.xxxvii.colum.iii. verſi. pro hoc vltimo facit.volu.vi.Ang.in conſi.cccv.in fi. Alexan. in conſi.xxxvi. colum.pen volu.iii.& in conſi.xlix.colum. pen.volu.vi.Soc.in conſi.ccxlix.colum.x.verſi. ſed huic obiectioni reſpondetur.& colum.ix.verſi.ſecunda difficultas. idem fuit de mente Bart.in ſua quęſt.in d.§.etiã. dum cõfirmat opi.Ricard.Malumb. idem voluit Alciat. in l.hæredis appellatione.ff.de verb. ſign. ſi enim verbũ hæres, acciperetur pro hærede iure ſucceſsionis, ſequeretur, quòd minus delectus præferretur magis dilecto. Bal.in c.i.de nat.ſucceſſ.feud.& ponit Alex.citato cõſi. vbi ſuprà col.ii.vol.iii.& in conſi.cv.col.ii.volu.i. verſi. comprobatur &c. Eſt etiam alia coniectura, quãdo primò teſtator in teſtamento declarauit quales deberent eſſe perſonæ, ad quas bona ſua peruenire valebat. nam, ſi in prohibitione poſteà alienationis dixerit, quia volebat deuenire ad ſuos hæredes, intelligitur quòd de talibus hæredibus, quales ſupra alia parte teſtamenti expreſſerit. vt per Soc. in d.conſi. ccxlix.colũ x. verſi. ſed huic obiectioni, & in conſi.lvii.col.ii.in fi.& ſeq.vol.iii. Eſt etiam alia coniectura, quando communis vſus loquendi ſe haberet, quòd pro deſcendentibus acciperetur, vt dicit Bart.in conſi.lvii. Bald. in conſi. cccxxv. in iiii.parte incip.Viſo teſtamento Ioan.& in conſi. cci.in fin.volu.iiii.Soc.in conſi.ccxlix.colum.x.verſi.aliquando & ſecundò. Imol.in conſi.xxi.colum.ii. verſi. ſed aduertendum.Dec.in conſi.xxxviii.col.vi.Iaſ.in d.§. etiã, col.pe.ver.tamen tu aduerte.

Quartò limita, nam in ſubſtitutione, appellatione hęredis venit tantùm hæres ſanguinis, ita Specu. in titu. de teſta.§. in primis. verſicu. fina. & in titu. de locat.§. nunc aliqua. verſicu. cxiii.quem ſequitur Bald. in cap. primo. de natu. ſucceſsio. feud.& in cap. ſi pater, de teſta.in vi.col.xvii.& in conſi. cclxvii.incip. Proponitur quod Manfredinus.volu.v.& in conſi.cclxxxiii.volu.ii. Aegid.Bellam.in conſi.xxv.in ii.dubio.Barbat.in conſi.

lxxxix.col.pen.vol.iii.Alex.in conſi.xxxvi.col.pen.ver. ad prædicta.vol.iii.& in conſi.xlix.col.iii.volu.vi. licèt non plenè firmet,& in conſi.cv.ver.comprobatur,vol.i. Guido Papæ q.cccclvii.& DXCI. Caſſanæ.conſi.xcvii.nu. xx.Ruin.conſi.cx.col.iii.verſi.ii.& clxxiiii. col. iiii. vbi declarat,vol.ii.& clviii.col.iii.volu.iii.

Contrarium,Paul.de Caſt.in d.§.etiam, colum.fina. Aret.colum.iii.in fi.Alex.col.iii.in fi.Soc.in cõſi.ccxlix. colum.x.verſi.ſed huic obiectioni.Corn.in cõſi. cclxxii. volu.iiii.maximè in iii.col. Curt.Seni.in conſi.xlvi.colum.pen.Marian.Iun.conſi.clviii.colum.ii.vol.ii.Soc.in conſi.lvii.col. iii.volu. v.ſed ſi eſſet hæres in aliqua re certa inſtitutus,veniret procul dubio appellatione hæredis.Imol.in l.ex facto,col.vi.ver.item attende ſecundò vbi ad prędicta facit. ff. de hæred.inſtituen. Guid. Pap. quæſtio.ccccl viii.

Quintò limita,niſi dictum ſit de hæredibus maſculis, vt videre potes in memo.noſtro xvi.

Sextò limita,ſi dictum ſit ꝙ hæreditas vadat de hærede in hæredem.Pariſ.in conſi.lv.col.i.volu.ii.

Septimò limita, ſtante communi vſu, ꝙ intelligatur de deſcendentibus.Maria.Iun.conſi.clviii.col.ii.

Explicit liber quartus.

Digitiz

CONCLVSIONVM REGVLARVM, ET Communium opinionum,

DOCTISSIMI IVRISCON. D. IACOBI PHILIPPI PORTII IMOLENSIS,

Liber Quintus.

CONCLVSIO *Et Regula* I.

ARGVMENTVM.

Commodum quis ſentire non debet eius, quod nixus eſt impugnare.

REGVLA eſt, quòd ex eo nō debet quis commodum ſentire, quod nixus eſt impugnare, vt in reg. ex eo, de reg. iuris in vi. c. olim. & ibi not. Abb. in vi. notab. de cēſib. l. i. C. de furt. l. quæſitum. ff. de acquir. hæred. Alex. in cōſi. ccix. in fin. vol. vii. Aegid. Bell. deciſ. DLiiii. Faſtol. dubio xxviii. Fel. in c. ſuper literis. colum. x. ver. viii. regulariter, & late idem in cap. capitulum. col. xiiii. verſi. confirmatur de reſcrip. &

colum.ſequen.Franc.in c.ſollicitudinem.in iiii. colum. in ſecunda limitatione de appel.

Et propterea infertur, quòd ex poſitione negatiua quis non poteſt fundare ſuam intentionem. Ita Bart. in l.poſt legatum. colum. quarta verſicu. quæro aduerſarius.ff.de his quib. vt indig. Specula.in titu.de poſit. viii.colum.prima. per Bart.in l. naturaliter.§. nihil cõmune. colum iiii.verſicu.credendum eſt ergo. ff. de acquiren.poſſeſsio. Et in l. non vnquam.ff. de exceptio: Felin.in dicto cap.capitulum.colum.x.in fin. Archid.in cap. primo. colum. x.in princi. de confeſſ.in vi. Guid. Pap. qui dicit iſtam * communem opin. in conſil. clxxxiiii. Socin. conſi. ccviii. colum.prima. in fin. idem tenent Ioan. And. in dicto cap. primo. colum. i. in fin. de confeſſ. in fin. vbi Ioan. Crot. colum. prima. Domi. in iii.colum.dum ſe remittit ad Specula. & ibi Philip. Franc.colum.fina.in vi.quæſtio. Angel. in l. prima.§. ſi quis ſimpliciter.ff.de verb. obligatio. vbi Aret. colum. fina.Alexan.conſi.ccix.in fin.volu.vii.& in cõſi. clxxxv. colum fin.volu.v.Alexan.in conſ.cli.colum.i.in fin.volu.eod.& in d.l.prima. §. ſi quis ſimpliciter. in fin.Ang. in cõſ.clv.col.ii.Franc.in c ſi.col.ſi.de iureiur. in vi. Et hoc ſentit Bal.in l.vnica.C.de cõfeſ.in v.col. verſi.item quæro.in primo mẽbro. Et propterea etiam infertur, ꝙ nõ poteſt quis ſe fundare in appellatione quã negauit. Spec.in tit.de appel.§.Breuiter.ver.ſed pone.Card.in c. ex parte,v.col.vii.de reſcr.Imol.col.ii.in ſi ver.in quãtũ facit.Nã ego poſſum me fundare in facto negato.Bar.in d.l.poſt legatũ.ver.quæro quid ſi nõ impugnãt.Iaſ.in d. l.naturales.§.nihil commune.colum.xviii. Sed intellige iuxta declarationem infrà faciendam, quòd poſſum me fundare in probationibus,in quibus eſt verificatum factum,& hoc probant omnia, quæ allegat Felin. in loco proximè alleg. infrà in iiii. & vltima limit. huius dicti. Et non poteſt ſe fundare in libello quem negauit. Bal.in l.ſi magnũ,circa ſi.C.qui accuſ.nõ poſ.in l.cũ primũ, vbi Bart. & Salic.C.de lib. cau. Idẽ in confeſsione

Rui.conſi.150.col. pen.vol.iii.& in dicto teſtis negato, ponit idem Rui.conſi.xxxiii.col.v.vol.iiii.

Amplia, vt non modò ex poſitione negata non posſit ſe fundare,ſed nec ex poſitione cui recuſat reſpondere. ita voluit Alexan. in d.l.naturaliter.§.nihil commune. colum.xv.verſicu. illud non omitto, Socin. ibi colum. octaua ver.aliquando & xx. & ibi Claud.col.vi. idem tenet Bal.& Alex.in l.iii.circa fi.C.de hære.qui intelligit illud,quando eſt iuſſus reſpondere,& non reſpondet: ſecus ſi nō fuiſſet iuſſus reſpondere. Facit,nam contumax in non reſpondendo, fateri videtur contenta in poſitione:& propterea videtur poſſe ſe in ea fundare. Iaſo.in l. iii.col.iiii.in prin.ff.de acqui.poſſ.

Limita primò,niſi negatio fuerit per negantem reuocata. ita dicit Bartol. in l.poſt legatum,col.iiii.verſicu. quæro aduerſarius.ff.de his quibus vt indig.Felin.in d. c.capitulum col.x.in iiii.limit. Alexand.in d.l. naturaliter.§.nihil commune.colum.xv.verſic.circa illud autem quod intercedente.Corn.in conſil.clviii.colum.iii. & in conſi.xci.colum.ii.volu.vi. & in conſil xcii.colum. i.in fi.vol.v.& in d.l.i.§.ſi quis ſimpliciter.in fi.ff.de verbo.obliga.vbi Ange.& Hercu.col.vii.Rui.conſi.cxxxv. col.iii.vol.iiii.Phil.Franc.in c.fi.col.iii.de iureiu.in vi. ver.iii.limitatur,& facit infrà limit.vii.

Contrarium ſentit Bar.in l.eum qui,in ii.no.ff.de iureiu. tamen eam opinionem communiter reprobant, vt per Feli.qui declarat in c.cęterùm, col.pen.de iudi.

Et iſta reuocatio negationis non exigit probationē erroris, ſed poteſt fundari in confeſſione partis reſultante ex ſua poſitione, vt dicit Barto. in d.l.poſt legatum.verſicu.quæro aduerſarius. Sed Archid.& Io.Andre.in c.primo de confeſſ. in vi.exigit probationem erroris; & Guido Papę q.clxxxii. & ſine probatione erroris,quando poſitio erat obſcura & intricata.ita Alex.in d.§.ſi quis ſimpliciter.col.pe.nu.xxxii.ſed ſi pars reuocaſſet ſuā poſitionem,tunc reuocatio exigeret probationem erroris, ſicut exigit,quando reuocatur confeſſio.

ita

ita declarat Bart.in d.l.poſt legatum.in fi. verſicu. quæro aduerſarius.iuncto verſicu. Item pone quòd reuocaſti.Hercu. in d.§.ſi quis ſimpliciter.colum.vii. Declara, quòd probando errorẽ poteſt reuocari etiam confesſio, quæ reſultat ex productione inſtrumenti. Bar. in l.cum precum col.fin. C.de lib.ca.verſic.et quæro, in l.alia in prin.C.de his quib.vt indig.idem ponit Imol.in ca.cum venerabilis, de except.Franc.in c.ſi.colum.fi.de iureiu. in vi.tamen limita,vt per Feli.in c.cum venerabilis, col. vi.& ſeq.de excep.vbi ponit,quando produxi inſtrumentum,quod detegitur falſum,an mihi præiudicet confesſio,quæ fit ex productione.

Sublimita hoc quod dicitur de reuocatione negationis, vt procedat,quando fieret in eodem iudicio, ſecus, ſi in alio, quia præſumitur calumnia.Ita ponit Aret.in d.§.nihil commune,colum.vi.verſic.decimo quia Doct. ſequitur Clau.in dicta l.prima.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verborum obligat.

Contrarium ibi Claud.colum. vi.verſi. hanc concluſionem. Colligitur ex dictis Anto.de Butr. in d.ca.cùm olim.col.vi.ver.ſi enim nos agimus:vbi quid in eodẽ iudicio,quid in diuerſo,& quid in alia inſtantia.

Secũdò ſublimita dum modò alter procuretur ex ſua negatiõe, quia tunc poteſt reuocare ſuam negationem. ſed ſi in alio non grauaretur, non grauaretur in hoc, vt non posſit ſuã negationem reuocare. ita Bal. in d.l.vnica,col.v.i.de confeſ.per Soci.in d.§.nihil commune,col. viii.Bart.in l.nemo,circa medium.ff.de excep.ver.pone.

Sublimita tertiò, niſi ante reuocationem detectum eſt mendacium negantis, quia tunc non poſſem amplius reuocare.Ita Alex.in d.§.ſi quis ſimpliciter,in fi.& ponit Rom.in l.eum qui,col.ii.verſi.ii.membro.ff.de iureiu.& ponit Feli. in c.cæterum,col.pen.extra eo.ti. Alex. in apoſt.ad Bar.in d.l.poſt legatam.

Sublimita quartò, quando reuocaret in continenti, non ſi ex interuallo. ita Roma.in d.§.ſi quis ſimpliciter, verſi.ſecundò videndum,col.iii.& ibi Ang. in fi. colum.

Alex.

Alex.in apoſt.ad Bart.in d.l.poſt legatum.Quando autem dicatur in continẽti reuocari,vide Alci. in d.ſi quis ſimpliciter,in loco proxi.alleg. Et per Franc.in c.fi. col. iii.de iureiu.in vi.Et hoc intellige, quando quis vult reuocare ante acceptationem. nam ſi fuiſſet per aduerſarium acceptata, non poſſet etiam incontinenti. ita declarat Vinc.Herc.& Aret.in d.§.ſi quis ſimpliciter.in fi. Et iſtud intellige,quando quis vult reuocare non docto de errore ex interuallo, vel poſt acceptationem partis. ſed ſi vellet docere, poſſet etiam ex interuallo,vel poſt acceptationem.ita vult Bart.in d.l.poſt legatum.col.fi. ita declarat Aret.in d.§.ſi quis ſimpliciter.colum.fin. & ſumitur ex dictis Bal.in l.edita,col.ii.in repet. verſi.ſæpe accidit C.de eden. & ponit Franc.in d.c.fin.col.ii. de iureiur.in vi.Alex.verò in apoſtill.ad d.l.poſt legatum, tenet eſſe neceſſarium in reuocatione docere de errore.

Limita ſecundò, nam in facto negato poteſt quis fundare declinatoriam incompetentiæ aduerſus agentem. Ita notat Bal. per illum tex.in c.i.colum.ii. de controu. inter vaſallum & Epiſcopum,refert & ſequitur Aret. in d.§.ſi quis ſimpliciter,col.fi.

Limita tertiò, nam negans ſimpliciter factum poteſt approbare qualitatẽ facti, & in ea ſe fundare. ita Alex. in conſi.xci.col.ii.volu.vi.

Contrarium,Are.in d.§.ſi quis ſimpliciter. col.fi.ver. iiii. adde. vbi etiam dicit fallere illud in cauſa libertatis,vt ibi per eum.

Limita quartò,nam licèt non poſſit negans ſe fundare in poſitione negata, poteſt tamen ſe fundare in probationibus factis ſuper probatione negata. Bart. in d.l. poſt legatum,col.fi.verſi.quæro ego negam.Ang. in conſi.clv.colum.ii.Franc.in c.i.col.fi.circa medium de confeſs.in vi.Are.in d.§.ſi quis ſimpliciter.col.fi. Alexan. in conſi.clxxxiii.col.i.in fi.Pet.de Anchar.in conſil.ccviii. col.fi.verſi.Hinc dicimus.Card.in conſil.xxix.col.fin.de proba.in addit.ad Io.Monach.num.lii.& ſeque.in c.i.de confeſs.in vi. Iaſ.in l.iii.col.iiii.ff. de acqui. poſſ. Abb.

in c.cùm

in c.cùm venerabilis,col.ix.verſic. & ex hoc quod ſupra dixi.de excep.Imol. hoc ſentit in cap.cùm olim. circa finem.de cenſi. ponit Hippoly. in rubrica de fideiuſſ. columna lxxviii.

Limita,quia non poteſt fieri reuocatio negationis,vt conſequatur aliquid ex confesſione. Alex.in apoſtill.ad Bart.in d.l.poſt legatum.

Limita, quia licèt non posſit ſe fundare, in eo quod immediatè negauit, poteſt tamē ſe fundare in eo quod mediatè reſultat ex intentione aduerſarii. Iaſ.in d.l.naturaliter.§.nihil commune,col.xvi.ff.de acq.poſſ.

Illud autem quod dicitur in regula,quòd quis non poteſt ſentire cōmodum ex eo quod impugnauit, ampliatur primò,vt hoc procedat,etiam vt non posſit ſe fundare in contractu quem quis non ſeruat, & ſic quando illum impugnat omittendo.ita Pau.de Caſt.in l. cùm proponas, la ii.C.de pact.vbi clarius Deci.col.fi.

Amplia ſecundò, nam etiam per conuentionem factam in parte, quis cadit à commodo totius.Ang. conſi.clxviii.col.i.in fi.& ſeq.Io.Crot.in repe.l.filiusfa.col. xlvi.& ſeq.ver.i.quæritur.ff.de leg.i.

Limita primò,niſi impugnatio ſit in actu ſeparato ab eo quo quis ſe intendit fundare, ita declarat Deci. ponens exemplum in d.l.cum proponas, la.ii.col.fi.& in l. ii.colum.i.C.de inſti.& ſubſti.ſentit Anto.de Butr.in c. cùm olim.col.vii.verſi.quartò,quando reprobat. de cenſib.Sarnen.in reg.de triennali.q.xix.Abb. in c.ex parte. Decani.in v.nota. de reſc. vbi Anto.de Butr. colum.vii. verſicu.fi. Iaſ.in l.qui Romæ.§.Seia in primo notab.de verbor.obligat. Deci. in conſilio cccxvii.colum.fina.

Et propterea dicitur, quòd qui non impugnat actū, ſed ſolemnitatem actus ad certum effectum, poteſt reſpectu alterius effectus ſe fundare in actu, vt dicitur in prima limitatione. Hoc eſt de mente Bartol. in dicta l. poſt legatum, colum.iii. verſic. cum oppono.Et quò ad alium effectū,quando dicantur capitula connexa,Gramma.deciſ.ciii.nu.clv.& ſeq.

Contrarium,

Contrarium, Iaſon in l. prætor ait. colum. i. ff. de iureran. Rui. conſi. xlviii. colum. ii. & regu. colum. quinta, & cxxii. colum. pen. volu. ii.

Limita ſecundò, nam priuatur commodo propter impugnationem, eatenus, quatenus fuiſſet priuatus, ſi ſua impugnatio habuiſſet effectum. ita Alexand. per illum textum. in l. ita cum. §. qui ſuſpectum, colum. prima. ff. de Trebell.

Limita tertiò, nam ſi impugnat continens, poteſt ſe fundare in contento, exemplificat in reſcripto. Domin. in capit. fina. in i. colum. in fi. de iureiuran. in ſexto. poſt Io. Andr. ibi col i. verſicu. & faciunt prædicta. refert & ſequitur Feli. in cap. examinata. col. iii. de iudic. Abb. in c. cùm venerabilis, colum. viii. verſic. ſecundò poteſt dicī melius. ſentit Gomeſ. in capitulo primo. charta xli. de confeſſ. in ſexto.

Limita quartò, nam pendente impugnatione, poteſt impugnans ſe fundare in eo quod impugnat, vt tenet Compoſtell. & ibi Ioan. Andr. in iii. colum. in fi. verſic. ſed quomodo. & ibi Anton. de Butr. colum. fin. circa finem, & ibi Abbas in fine. Imo. columna penult. in fine. verſicu. ſed aduerte. Felin. colum. ix. in i. limita. in c. capitulum, de reſcri. Pet. de Anchara. in conſi. xvi. circa fi. verſi. non obſt. ſentit Imo. in d. c. ex parte Decani, verſi. ſed pro declaratione. in iiii. col. de reſc. Fel. in c. ſuper literis, col. x. ver. limita. i. eo. ti. Rom. in cõſi. cccxlvii. in ii. dubio. Sarnē. in reg. de annali q. xvi. Hiſp. in c. ꝑ veſtras, char. lxxi. col. iiii. de dona. inter vir. & vxo. q̄d limita in caſu. de quo ꝑ Bar. in l. poſt legatū, col. iii. ver. ſi verò nō deſtitit. ſentit idem Alex. in l. qui Romę. §. Seia. ff. de verbo. obl. Bar. in d. l. poſt legatum, col. iii. ſed quæro vnum. cauſa nullitatis pendēte. Rui. conſ. clxvi. col. vii. vol. iii. in conſil. lvii. col. fi. vol. iiii. iſta tñ fall. ſemper mihi viſa eſt dura, tum quia eſt contra deciſi. Rotæ in deciſ. Bell. 554. et in deci. allegata, quia allegans cõtraria nō eſt audiēdus. vulg. iurib. tū quia vr̄ deſtruere regulā iſtā. nā ſi pēdēte impugnatiōe, regula nō operat̄, vt q̄s excludat̄ à

commodo

commodo actus quem impugnauit, quando regula operabitur? Nam finita impugnatione, vel tantùm declarata erat impugnatio falſa, vel non prohibetur quis ſe fundare, aut commodum conſequi ex actu, quem impugnauit, quando impugnatio eſt declarata falſa, vt dicetur in limita. Aut eſt probata vera impugnatio, & tūc etiam non operatur regula, quia vel non excluditur ex eo quod nixus ſit impugnare, ſed quia apparet actum inualidum, & talem in quo non poteſt fieri fundamentum. Nam, quando impugnans obtinet in impugnatione, non poteſt in eo actu facere fundamentum, nec in illa inſtātia nec in alia, nec inter eaſdem perſonas vt per Abb. in c. graue, col. ii. verſi. adde aliam. ff. de offic. deleg. nec inter diuerſas. Roma. in conſil. cccxlvii. in ii. dubio. Ant. de But. in c. cum olim, col. iiii. in fi. & ſeq. de cenſib. Item, quia nulla eſſet differentia, an quis ſe fundaret in actu impugnato inter eaſdem perſonas, vel inter alias, & ſequens impugnatio eſſet falſa. Aut ſuccubuit in impugnatione, & tunc etiam inter eaſdem perſonas, vt dicetur in ſeq. limita. Aut obtinuit, & tunc neque inter eaſdem neque inter aliàs, vt in conſil. proximè alleg. Et iſtud videtur eſſe de mente Aymo. in tract. de antiqui. numero cxxiiii. 127.

Limita quintò, nam inter alias perſonas poteſt quis ſe fundare in eo, quod inter alias impugnauit. ita Anto. de But. in d. c. capitulum, col. fin. in fi. Imo. in c. ex parte Decani. colum. v. verſi. huius declaratione. de reſcri. vbi Anto. de But. colum. vii. verſi. quando ſe quis fundat. maximè in alia inſtantia inter alias perſonas. Ruin. conſi. xii. colum. ii. volu. iii. & colum. ix. vbi declarat.

Limita ſextò, nam ſi impugnans impugnauit ex cauſa, quæ continet manifeſtum errorem, non eſt interdictum, aut prohibitum in eo ſe fundare. Ita Bart. in l. poſt legatum, colum. iii. verſi. ſed quæro. ff. de his quib. vt indig. & ponit Feli. in d. c. capitulum, colum. xi. in iii. limita. Anto. de Butr. in d. c. cum olim. colum. penul. verſicu. ſexto caſu.

Limita

Limita ſeptimò, niſi deſiſtat ab impugnatione, quia ſi deſiſtit impugnans ab impugnatione, poteſt in actu impugnato ſe fundare. ita Imo.in d.c.olim, col.i.in fi. ver. ſi autem ante ſententiam. Vbi videtur dicere, quòd ſufficit hoc fieri ante ſententiam, & ibi Ant.de But.col.viii. verſi. Quintá cauſa, vbi dicit, quòd hoc debet facere ante cauſæ concluſionem. Barto.in d.l.poſt legatum, in iii. colum. AEgid. Bell.deciſ.ccclvii.in fi.Fel.incip.ex parte.v.col.iii.de reſcr.Imo.col.xi.in iiii.limit.in d.c.Capitulum.Feli.in c.ſuper literis, colum.x.co.ti.Are. in c.ſuſpectum.col.fi.de teſt.Rui.in conſi.xxi.col.iii. volum.i. & conſi.cxxxv.col.iii.vol.iiii.& ſentit Ro.in conſi.321.

Limita octauò, niſi impugnans in impugnatione ſuccubuiſſet.Imo.in d.c.cum olim.col.p.in fi.verſi.poſt ſententiam autem. & ibi Anto.de But.col.v. & ſeq.verſicu. quandoque reprobans inſtrumentum, qui hoc intelligit, ſiue in eadem inſtantia, ſiue in alia inter eaſdem perſonas, & in vi.colum.in fi.ver.ii.caſu.& Barto.in d.l.poſt legatum, col.iiii.verſi.procedo vlterius.Paul.de Caſt. in in l.cùm proponas.la ii.C.de pact.Ang.in l. qui Romæ. §.Seia.ff.de verb.obli.vbi etiam Imol. qui declarat in i. no.hoc procedere, quando agitur de damno, ſecus de lucro.& ibi Alex.in primo not.Franc.in c.fi.col.fi.ver.ii. in contrarium facit.de iureiur.in vi.Deci.in l.cum fundus.§.ſeruum tuum imprudens.colum.v.ff.ſi cert. peta. Io. Crot.in c.i.in gl.ii.de reſc.in vi.Aymo.de antiq.tēp. nu.cxxvi.Feli.in c.examinata, col.iii.ver.& aduerte. de iudic.Feli.in c.gratum, col.pen.de offi.deleg.Roman. in conſi.cccxlvii.in ii.dubio, & in d.c.capitulū, col.xi.in fi. in vi.limi.& licèt Fel.intelligat Ant.de But.in d.c.cum olim, tenere, ꝙ non poſſit in alia inſtantia inter eaſdem perſonas, licèt & ipſe contrarium teneat, tamen video intentionem Ant.de But. eſſe eandem quam ipſe tenet, vt ex eius lectura apparere poteſt.idem tenet Hiſpa. in c.per veſtras, chār.lxxi.col.iiii.& de donat. iner vir. & vxorem.& col.ſequen.Iaſ.in d.§·Seia in i.not.Rui.conſi.clxvi.colum.vi.in fi.& ſeq.volumi.iii.in conſi.cxxxv. col.iii.

col.iii.volum.iiii. Facit quod no. idem Rui.conſi.cliiii. col.ii.vol.v.vbi dicit, ꝙ quis poteſt allegare turpitudinem ſuam, quādo eſt detecta iuris præſumptio. Et iſta limitatio clarè procedit quòad contractus, ſed in vltimis voluntatibus, ſi dixerit falſum, vel inofficioſum teſtamentum, licèt ſuccubuere non poteſt, amplius tamen ſe fundare non poteſt in eo. ita declarat. Corn. in d. §. Seia. in iiii. no. & ponit Bart. in d. l. poſt legatum. col. iii. ff. de his quib. vt indig. Iaſ. in d. §. Seia. in i. no. Ant. de But. in d. c. cùm olim. col. v. in fi. & ſeq. ſed qñ diceret teſtamentum nullum vel aliam diſpoſitionem, tunc ſi ſuccumbit impugnās, poteſt ex eo commodum reportare. Ita dicit tex. in d. l. poſt legatum, & no. Barto. ibi col. iii. quod intelligit Anto. de But. quando impugnatio non concludit defectum in eo, ſuper quo impugnās intendit ſe fundare. ita in d. c. cùm olim. col. vii. item, quando in eadem inſtantia volo me fundare in teſtamento, quod ego dixi nullum, ſecus quando in alia inſtantia.

Limita nonò, nam licèt pars non poſſit ſe fundare in eo, quod impugnauit, poteſt tamen iudex ſe fundare in eo, quod pars impugnauit. ita Bar. in l. poſt legatum, col. iii. ver. ad vnum item aduerte. ff. de his quib. vt indi. Ant. de But. in c. licèt cauſam. col. xi. ver. quæro cum. gl. de proba. & ibi Are. col. xx. & idē Are. in l. i. §. ſi quis ſimpliciter. col. fi. ff. de verb. obl. & in c. in pręſentia, colum. viii. & ſeq. de teſt. Alex. in conſi. clxxxiii. col. i. in fi. vol. v. Deci. in c. At ſi clerici. col. viii. de iudi. Imo. in d. c. licèt cauſam, col. v. in fi. ver. An iudex. Qui hoc intelligit qñ ex his ſequeretur ꝙ alter locupletatur cum aliena iactura. & Fel. ibi col. pen. & idem Feli. qui declarat in d. c. capitulum, col xi. in vi. limi. de reſcr. Rui. in conſi. xxi. col. iii. vol. i. & in conſi. xli. col. iii. in conſi. cxc. col. iii. in fi. volu. i. in conſil. cxxxv. col. iii. volumi. iiii. & cliiii. colum. ii. volumine quinto. & conſilio clviii. columna quinta. vbi declarat volumine eodem.

Limita decimò, nam etiam in fauorem impugnantis ſtatur inſtrumento impugnato, quatenus illud quod facit

cit pro impugnante, eſt connexum cum eo, quod facit pro producente. Nam, ſi inſtrumentum quod ego impugnaui continet, quòd ego debeam centum Titio ſub conditione, impugnatio mea non debet facere, quòd ego condemner purè, ſed beneficium conditionis quod ex dicto inſtrumento reſultat, mihi prodeſt. Imo. in d.c. cũ olim, circa medium, verſi. vnde dico. de cenſi. & ibi Abb. colum. ii. ver. & ex dictis ſuis. Aret. in d.c. pręſentia, col. vii. qui hoc relinquit arbitrio iudicis, tam in connexis, quã in ſeparatis. Anto. de But. in c. cùm dilectus, col. vii. col. ii. de conſue. et ibi Imo. colum. ix. col. iii. Abb. in d.c. præſentata. in fi. & in d.c. Capitulum, col xi. in v. limita. & facit Goffr. q. quam refert Io. And. in c. fi. in princ. de iureiu. in vi. vbi Domin. & Pet. de Anch. contrarium tenet

Limita vndecimò, nam qui non impugnat actum, ſed ſolennitatem actus ad eorum effectum, poteſt reſpectu alterius effectus ſe fundare in actu. ita Imo. in d.c. cùm olim. de cenſib. in prin. Et hoc intelligitur per Anto. de But. vt ibi, quando defectus ſolennitatis allegatus non concludit ad nullitatem illius effectus, reſpectu cuius ſe vult fundare impugnans. vt ibi col. fi. & ſequen. Item quando ſuccumbit, vt poſſit in eadem inſtantia non in alia. tamen principalem limit. cum prima declaratione ſequitur Imo. in d.c. ex parte Decani, col. iiii. ver. pro cuius declaratione. de reſcr. vbi Ant. de But. col. vii. verſic. quandoq; quis. Abb. ibi in v. no. eſt tex. in d.l. poſt legatum, & declarat Bar. ibi col. ii. ver. oppono quod ille. Feli. in d.c. capitulũ, in xi. col. in viii. limi. hoc voluit Goffred. cuius q. refert Io. And. in d.c. fi. in prin. de iureiu. & ſequuntur ibi Pet. de Ancha. & Domin. & ponit Abbas in capitu. cum venerabilis, col. viii. ver. ad hæc alleg. & in cap. examinata. colum. i. in fi. & ſequen. de iudic. & ibi Feli. col. iii. Roman. in d.l. i. §. ſi quis ſimpliciter. colum. iii. verſi. aliquando negat quis. ff. de verbo. oblig. Feli. in c. cùm venerabilis, col. vii. verſic. limitatur ſecundò, de excep. Deci. in conſi. cccxvii. in fi.

Contrarium ſentit Barto. in l. x. in vltima quęſt. ff. de

verb.oblig.clarè voluit per illud dictum Bar.in d.l.i.§.ſi quis ſimpliciter,col.ſi.eo.tit.declara,vt per Doct.in l.cū vtique.col.ii.in ſi.ff.de excep.

Limita duodecimò, quando impugnatio non eſt acceptata per partem. ita Rui.in conſil.xxi.col.iii. volu.i. conſi.cxxxv.col.iii.vol.iiii.

CONCLVSIO II.

ARGVMENTVM.

Pecunia conſignata ſimpliciter, an cenſeatur in depoſitum, vel mutuum.

CVM pecunia conſignatur alicui ſimpliciter an cenſeatur in depoſitum, an in mutuum? Et quidem quod in depoſitum, tenuit glo.in l.cùm ſponſal.§.i.in verbo con demnandus.ff.depoſit. Bal. in l.incendiū, circa ſi.ff.ſi certum petatur.& ibi Salic.circa finem.verſi.quærit Cyn.& Bald.in l.in contractibus.§.i.C.de non nume.pec.Pau.de Caſt.in l.ſi ſacculum.ff.depoſit.& clarius & melius in l.Lucius.ff.eod.titu.Alexan. in conſil. clxxxiiii.colum.ii. verſi. præterea quando ſumus in dubio,volumi.vii.& in conſi.xxviii.verſi.iii.reſpondeo. volumi.vii.Deci.in l.cùm quid.colum.pen.ff.ſi cert.pet.eo caſu ſi numeratur pecunia mercatori.

Contrarium Bart. in d.l. cum quid.& ibi Bal.& Ang. Pau.de Caſ.Cor.col.vii.Curt. Imo.colum.viii.vbi dicit iſtam * communem opinionem.Iaco.de S.Georg.ibi, & Alexan.col.iii.Et fuit opinio Cyn. in d.l.incendium. Bald.in l.etiam.colum.i.C.de fideicom.in i.colum. in ſi. Roma.in conſi.ccxxviii.

Tenendo hanc vltimam opinionem, limita, niſi conſignetur pecunia mercatori, quem tamen ſit veriſimile

le pecuniam mutuò accepturum . vt dicit Deci. in dicta l.cùm quid.colum.penul.de quo vide Purpur. in d.l.col. xvii.numero cxxxvi.

CONCLVSIO III.

ARGVMENTVM.

Forenſes an teneantur contribuere in ſolutionibus Communitatis pro bonis quæ in eius territorio habeat.

Collecta non poreſt imponi forenſibus, etiã reſpectu poſſeſſionum, quas forenſes habent in territorio collectantis. Ita voluit Bart.in d.l.i.col.iii.ver. ſed quæro cui,C. de mul. & in quo loc. lib.xi.in l. munerũ. §.patrimoniorum.ff.de muner.& honor. in l. reſcripto. §.ſi.eo. titu.Bald.in l.libertas.§.ſola.ff.de municip. in l. cum neque.C.de incol lib.x.Federi.de Sen.in conſi.cli. colum.ii.in princip.Imo.in conſil.xlviii.Guid. Papę qõ. cccxcvi.& in conſ.lxi.circa fi.Alex.in conſi lxxviii.col. i.ver.ſi vult ſe fundare, & colum.penulti.verſicu. minus etiam,volu.vi.& in conſi.xxxviii.col.i.vol.ii.& in conſil.lii.in princi.volu.v.per Deci.in conſi.cclxxxv.col.ii. verſi.ii.Curt.Iun.in conſil.lx.col.i.& in conſil.lxi.col.i. vbi dicit iſtam * communem opinionem. Et idem fuit de mente glo.in rub.C.de muner.patri. lib.x. idem voluit Alex.conſi.101.colum.iii.volumi.i.Parpal. in l.placet.col.ciii.ver.ſecundò dicatis.C.de ſac.ſan.Eccl. Arc. in conſi.cxxxii.col.i.Pariſ.in ſuo conſi.xxv.col.i. & ſeq. vol.i. Aymo in conſi.cxcv.col.i.Grat.in conſil.lxi. colũ. iiii.vol.i.Rui.conſi.cxi.col.fi.vol.v.

Contrarium,quòd etiam forenſibus poſſidẽtibus bona in territorio poſſint imponi collectę,And.de Iſer.in c.i.quę ſint reg.in verbo condemnationum,dũ dicit col-

lectam munus eſſe patrimoniale. Et clarius ibi hoc voluit Bal.colum.fi.verſi item collectæ. Deci. in conſilio DCXCIIII.col.pen.Curt.Iun. in conſi.lx.col.i.in fi. Alex. in conſi.lii.circa fi.volu.v. & in apoſtil.ad Bar.in l.reſcripto.§.fi.ff.ad municip.licèt loquatur de collectis ſportulariis.ſentit Pau.de Caſ.in l. inter debitorem.ff.de pact. columna prima.

Tenendo primam opinionem, quæ videtur magis communis,amplia primò, etiam ſi præſtatio habeat certam,& determinatam præſtationẽ.Are.in conſi.cxxxii. colum.& ſequen.

Limita primò, in vſurario, cui ex diſpoſitione iuris communis, etiam ſi forenſis ſit, poteſt imponi collecta. Bart.in l.i.col.iii.& ſeq.C.de munc.& in quo loc.lib.xi. & in l.cum neque.C.de incol.lib.x.in l. munerum.§.patrimoniorum.ff.de muner.& honor.Bal.in l.etiam. colũ. pen.C.de execu.rei iud.Parpal.in d.l.placet.col. xiii. in iiii.fall.C.de ſacr.ſan.Eccl.

Limita ſecundò, in ciuitatibus vel locis quæ habent hoc per priuilegium collectandi forenſes posſidentes. ita Bar. in d.l.i.col.iiii.C.de mun. & in quo loc.& in d. l.cum neq;. & in d.l.munerum.§. patrimoniorum. & in l.libertus.§.ſola.ff.ad munici.Curt.Iun.in conſi.lx. col. iii.ver.ſuccedit igitur aliud.& in conſil.lxi.col.iii.verſi. ſed multò clarius.Parpal.in d.l.placet.col.xv.in i.limit. Aret.in conſi.cxxxii.col.ii.

Limita tertiò, quando de conſuetudine imponetur collecta forenſibus posſidentibus. ita Barto.in d.l.i.col. iiii.C.de mun.& in quo loc.& in d.l.cum neque.Alex.in conſi.101.col.iii.volu.i.in conſ.lii.col.i.volu.v.& in cõſ. lxxviii.col.pen.volu.vi.& in conſi.lxviii.volu.ii. col.iii. Are.in conſi.lxxii.col.ii.& ſeq.Gui.Pap.q.cccxcvii.Deci.in conſi.DCXCIIII.col.i.Cur.in conſi.lx.col.ii.& in conſi.lxi.col.ii Alex.in apoſtil.ad Bar.in l. reſcripto.§.fi.ff. de mune.& hono.Bal.in conſi.ccccxxxiii.vol.i.& in conſi.ccxxvii.vol.iii.Guid.Pap.q.lxxxvii. talẽ conſuetudinem uigere communiter per Italiam tenet Bar. in d.l.i.

col.iiii.

col.iiii.in fi.C.de mune.& in quo loc. & in l.libertus.§. ſolam.ff.ad municip.Bal.in l.etiam.in fi.col.C.de execu. rei iud. Alex.in conſi.101.col.iii.volu. iii.& in conſil. lii. vol.v. Deci.in conſil.DCXCIIII.col.i.Brunus in tract.quod ſtantib.maſcu.fol.xii.col.iii.Pariſ.conſi.xxv.col.viii.volu. i.& col.ſeq.& colum.xi.

Sed ad vnum eſt animaduertendum, quòd Bart.in d. l.cùm neque.C.de incol. exigit conſuetudinem temporis immemorabilis,& idem Aret.in conſi.cxxxii.col.iii. vol.iiii.& in conſi cxxvi.col.i.vol.iiii.

Contrarium verò, quòd non requiratur tempus immemorabile, ſentit Alex.in conſil.lxviii.col.ii.volu.ii. dum tenet in alia opinione, ꝙ ſufficit tempus xl. annor. Idem tenuit Curt. in conſi.lx.col.i.Iaſ.verò in l. de quibus.ff.de ll.tenet ſufficere tempus decem annorum. Idẽ tenet Balb.in tract.præſcrip.in ii.parte,v.partis.princi. in vi.quæſt.apoſt.ad Bart.in d.l.i.C. de mune. & in quo loc.Parp.in d.l.placet.col.xiii.in iii.fall.C.de ſa.ſan.Eccle.Pariſ.in conſi.xxiii.col.ix.vol.i.& col.iii.& col.xiii. in fin.Declara, vt per Aymo.de antiquit.in quarta parte numero clxxvii.

Limita quartò,ſi prædia effecta ſint tributaria,vt no. Bar.in l.Libertus.§.ſola.ff. ad municip. in l.reſcripto.§. fi.ff.de muner.& honor.in d.l. cùm neque.C. de incol.in d.l.i.col.iiii.C.de mun.& in quo loco.Bal.in l.ii.col.i.in fi.ver.& ad hoc.Bal.in conſi.ccxxvii.vol.iii.Parpal. in d. l.placet,col.xiii.in ii.fall.

Limita quintò,niſi collecta impoſita fuerit à ſupremo principe, cui non modò locus in quo collecta ſolui debet,ſed & perſona, quæ vt forenſis recuſat ſolutionem, ſubiecerit,vt declarat Bar.in d.l.i.col.iiii.ver. cui imponit.C.de mun.& in quo loc.Pau.de Ca.in cõſ.ccclxxxvi. vol.i.Soc.conſi.cxxix.col.i.in fi.et ſeq.ver.ſed prędictis. Venaſ.in conſi.xxii.col.fi.Rui.conſi.iii.col.iii. vol.v.

Limita ſextò, ſi non ſolueret forenſis collectas pro poſſesſionibus alibi ſitis,in loco ſui domicilii. ita Guid. Pap.q.lxxxvii.Venaſ.in conſi. xxii.

Limita ſeptimò,nã per ſtatutum etiam forenſes poſſidentes pñt aſtringi ad collectas, vt ſi ſtatutum dictet, ꝙ quicunque habeat poſſesſiones in territorio, contribuat in collectis. & iſtud voluit Bald.in l.vnica, col.vi. & ibi dicit gl.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt. Alex. in conſi.101.col.iii.in fi.vol.i.in conſi.lxviii.col.iiii.circa fi.volu.ii.& in conſi.lii.volum.v.& in conſi.cxlviii.in prin.volu.vi.Pau.de Caſt.in conſi.cccxxix.col.iii.volu.i.Curt.in conſi.lx.col.i.& in conſ.lxi.col.ii. Deci. in conſi.DCXCIIII. Balb.in tract.præſc.in ii.parte v.q.princip.in vi.quæſt.& per Alexan.in l.reſcripto.§.fi.ff.de muner.& honor. in apoſtill. ad Barto.Pariſ.in conſi.xxv. colum. xii.volumine primo.

CONCLVSIO IIII.

ARGVMENTVM.

Mater priuatur ſuccesſione filij impuberis,ſi infra annum non petierit tutorem.

MATER, quæ filio impuberi poſt annum mortuo nõ petiit tutorem, cadit à ſucceſſione,& ſequentibus in gradu defertur,vt eſt tex.in l.ii.§.ſi mater.ff. ad Tertul. in l. matres.arg.à contrario ſenſu.C.eo. ti. Pariſ.in conſi.xli.col.viii.vol.ii.Mantua in conſi.cccxxxv. in l.ſciant.C.de leg.hære.vbi Pau.& Sali.ponunt in matre,& auia,& auo,& patruo.idem Paul. in conſilio cxiii. col.iiii.Pet.de Anch.in conſi.ccl. in auia ponit Pariſ. in conſil.lxxxiiii.colum.penul.volumi.ii.Maria. Soci.Iun. conſi.xvi.volumi.ii.

Amplia primò,idem in matre naturali.Bar.in l.ii.§.ſi mater.ff.de Tertul.per l.pen.C.qui pet.tut.

Amplia ſecundò idem eſſe in omnibus aliis ſucceſſuris ſiue ab inteſtato,ſiue iure ſubſtitutionis,vt eſt tex.in

d.l.

d.l.ſciant.C.de leg.hæred.Bald.in ii. parte de ſucceſ. ab inteſta.in iii.limit.Maria.Iun.in conſi.xvi.col.i.volum. ii.& in agnatis & cognatis ponit Pau.de Ca.ī d.l.ſciant. qui dicit,ꝙ idem eſt in omnibus conſanguineis.& Salic. col.i.Corn.in prin.& idem Corn.in l.matres.C.ad Tertul.in princ.Pet.de Ancha.in conſi.ciiii. col.i.in fi. & in ii.col.Et in agnatis dicit Bartol.in d.l.ii.colum.i.ff. qui pet.tut.Calc.in conſi.xxxiii.col.vi. Et in auunculis ponit ſign.in conſi.cxcviii.Et in agnatis & cognatis ponit Nicell.concordia Barto.cviii.in patruo materno Bal.in conſi.cccclxxxix.volu.v.Sylua nup.fol.lxvii.in i.ampl. Corn.in conſi.xl.vol.iii.col.i.Rui.conſi.xliiii.col. fi.volu.ii.Et in ſubſtitutione pupillari ponũt.Goffr.Paul.de Caſt.& Cor.in l.ſciant.& Bartol.in d.l.ii.ff.qui pet. tut. Corn.in conſi.lxxxvii.vol.iiii.col.i.Ro.in conſi. ccxxi. Bal.in conſi.ccclxix.volu.iii.Ang.in conſi.cxviii.Soc.in conſi.xx.col.iii.Are.in conſi.xl.in fi.

Sed dubitatur, an annus datus primo in gradu excludat etiam ſubſequentes? Et omnes concludunt, quòd non,ita ꝙ in hoc non eſt cõtrouerſia,maximè primo viuente.Et per Mantuam in conſi.cclxii.ſed an lapſo primo anno per quem primus excluditur, alius ſequẽs per lapſum alterius anni excludatur? in hoc eſt difficultas.nam Cald.in d.conſi.xxxiii.col.vi.& ſeq.tenet,quòd alius annus currit ad præiudicium ſequentis in gradu: & voluit Bar. in l.nepotibus.C. qui pet.tut. & ſentit in l.ii.§.confeſtim.ff.ad Tertu.iuncta declaratione Nicell. in concordia cviii.Ang.in conſi.xxxvii.dicit,ꝙ ideo nõ excludatur patruus, quia ſuo periculo res pupilli ſtabant. & clarius in conſi.cviii.in fi.ſentit Bal.in d. auth. item ſi captiui.in ii.col.ver.breuiter credo. Pet.de Anchar.in conſi.ccccxl.col.i.

Contrarium tenet glo.in l.nepotibus.C. qui pet.tut. Bart.in l.ii.col.fi.verſi.ſi ergo.ff.qui pet.tut.Bal.in l.patribus.col.v.ver.ſed quid ſi impubes.C.de impu. Et Bal. in d.l.ſciant. & in d.l.matres.colum.ii.verſic.ſed ego dixi.C.ad Tertul. ſentit Alexand.in apoſtill.ad Bart. in l.

quid ergo.§.quid ait.ff.de his qui no.infam. idem voluit Bar.in conſi.ccxv.Bal.in conſi.cclx.volu.iiii.Ang.in d.l. ſciant,circa finem.Deci.in c.ex parte, col.fi.in fi. de appell. Sylua nup.fol.lxvii.in i.limit iſtam tenet, & dicit ✱ communem Corn.in conſi.cxiii. vol.iiii. idem tenet Pau.de Ca.in d.l.ſciant,& ibi etiam Fulg.& ibi Sali. col. iii.ver.quæro an primo gradu.Bal. & Ang. in d.l.nepotibus.C.qui pet.tut.& ibi Salic. Soci.in conſil.cliii. col. fi.vbi dicit iſtam opinionem communem.Io.Ant.Alex. in conſi.lxxxi.vbi idem dicit.Bal.in conſi.lxv. volum.ii. Pau.de Caſt.in conſi.xxix.vol.ii.col.fi. Capra in conſil. lxvii.in fi.& in conſi.xiiii.colum.ii vbi dicit ita communiter teneri.Pariſ.in conſi.lxxxiiii.col.fi.vol.ii. Mantua in conſi.cxcviii.col.i.Tiraq.de retract.fo.ccclxv.

Tenendo iſtã vltimam opi.amplia, quòd excluſa matre obtinente primum gradum, non cenſentur alii excluſi ſequentes in gradu, qui attinent ipſi pupillo decedenti,mediante perſona ipſius matris excluſę.Corne.in in conſi.ccxxiiii.vol.iiii.

Sublimita,niſi in matre & auia,nam auia excluditur quamuis alii nõ excluderentur, qui matrem ſequuntur in gradu.ita tenet Bart.in l.ii.col.pen. & ſeq.ff. qui pet. tut.Pet.de Anch.in conſi.ciiii.& in conſ.ccl.Pau.de Ca. in d.l.ſciant.Corn.in conſi.cxiii.col.ii.volum.iiii.vbi ponit, ꝙ excluditur auia, dato ꝙ agnatus maſculus ipſam præcedat in ſucceſsione. Beltr. qui notabiliter loquitur in conſi.ccxxix.col.i.& ſeq.volu.iii.Ang.in l.matris pietas.C.qui pet.tut.Corn.in conſi.lxxxvii.col.fi.in fi.vol. iiii.Sylua nup.in fo.lxvi.in i.limi.

Contrarium in auia ponit Bal.in l.precibus.col.v.C. de impub.& in l.matres.C.ad Tertu.Bar.in conſi.ccxv. & in conſi.xv.Corn.in d.l.ſciant,circa fi.dum tenet,matrem non excludi infra tempus anni dati ſubſtituto ad petendum tutorẽ.iuxta opi.Bar. in d.l.ii.ff.qui pet. tut. Pet.de Vbald.in trac.ſucceſ.ab inteſt.in ii.parte.in iii.limit.Sal.in d.l.nepotibus,C.qui pet.tut Paul.de Caſt.in conſi.xxix.in fi.vol.ſecundo. Ange.in conſi. cxviii.in fi.

Calca.

Çalc.in conſi.xxxiii.colum.vi. ſecundum quem reprobatur Cuma.in conſi.cxv.col.i.in fi.& Guid.Pap.in conſil.50. Capra in conſi.xiiii. Io.Anto. Alexand. in conſi. lxxxi.Capra in conſi.lix.Bald.in conſi.ccccxcviii. volu. iiii.Capra in conſi.cix.colum.i.in fi.& idem Bal. in addi. ad Specu.in tit.de poſſ.char. ii. verſi. pono quòd Berta fuerit auia.Capra in conſil.lxvii.circa fi.idem in conſil. lxvii.Pariſ.in conſi.lxxxiiii.col.fi.volu.ii.

Sublimita ſecundò, niſi prior gradu mortuus eſſet, quia tunc mortuo priore,incipit currere annus ſequenti. Bald.in dicta l.precibus,colum.v.ver. ſi autem maior eſſet. Ioan.Anto.Alex.in conſi.lxxxi. Salicet. in dicta l. ſciant.colum.ii.verſicu. quęro an primo gradu.Corn.in conſi.cxiii.colum.ii.volu.quarto.Sylua nupt. fol. lxvii. in i.limit.Nicel.concordia cviii.Idem tenet Bald. in d.l. nepotibus.C.qui pet.tut.Capra in conſi.lix.Corn. in d. l.ſciant,circa fi.Bolog.in addit.ad conſi.Io.de Ana.101. Maria.Iun.in conſi.xvi.col.i.vol.ii.

Limita tertiò, nam excluſa matre, videtur excluſus auus maternus, qui habet matrem in poteſtate ſecundum Bart. in l.quid ergo.§.ſi quis alieno.ff. de his qui not.infa.Contrarium, Bald. ibi, & Capra in conſi. xiiii. colum.ſecunda.

Tertiò amplia,vt etiam maſculus ſeu fœmina adiungens annos lxx.& vltra priuetur ob non petitum tutorem,nec excuſetur prætextu ætatis.Ita declarat Bald. in l.matres, colū. ii.C.ad Tertul. Curt.Iun.in conſi.lxvii. colum.xvi.ver. & adduco, quod voluit Sylua nupt. fol. lxvi.in iii.amplia.

Amplia quartò,vt etiam maior & reliqui aſcendentes excludantur ob non petitum tutorem, etiam à legitima.Bal.in conſi.cxl.volu.i.Barbat.in cōſi.lxvii.in col. antepe.in fi.& ſeq.vol.iii.

Amplia quintò, etiā ſi filius decedat poſt xiiii. annū, infra xviii.qn̄ per ſtatutum durat tutela vſque ad xviii. annum.Pet.de Anch.in cap.canonum ſtatuta, in antep. char.ver.quæro etiam ſi ſtatuto. de conſtit. Ioan.Crot.

in l.

in l.omnes.col.xliii.ff.de iuſtit. & iur. Brun. in tract. ꝙ ſtantibus maſcul.fol.xi.col.i.

Contrarium, Bald.in d.l.matres, in fin. C. ad Tertul. Barbat.ibi in apoſtil. Idem quando tempus tutelæ durauit minori tempore. Sylua nupt.fol.lxvii.in xi.ampliat.

Amplia vi.etiam ſi ſucceſſurus ipſi pupillo, qui non petiit tutorem, eſſet clericus. Ita Fel.declarat.in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ.col.xxiii.de conſtit.

Amplia ſeptimò, nam etiam mulier ſucceſſura ab inteſtato perdit ſucceſsionem propter non petitum tutorem, etiam ſi lapſo anno monaſterium ingrediatur, vt not. Bald.in c.ex parte.colum.ii.verſi.ſed quid ſi mater. de appel. & ibi Præpoſ. & ponit Sylu.nupt.in fol.lxvi. in vi.ampliatione.

Octauò amplia, etiam ſi tutor minus idoneus ſit petitus, dum tamen non ex propoſito & ex animo, damnum inferendi pupillo. Sali.in d.l.ſciant, colum.ii.ver.quæro quid ſi non idoneum. Ang. Aret. in §.fi.inſti. ad Tert. colum.fin.verſi. quid ſi petat. Syl.nupt. fol. lxvii.in ix. ampl. Bal.in l.precibus, colum.vi.C.de impub.ver. quid ergo ſi petiit, & in authen.hiſdem. colum.ii. C. de ſecundis nuptiis.

Amplia nonò, vt non poſsit mora purgari. Sal. in d.l. ſciant, colum.fin.verſi.ſed quæro. Angel.Aret.in d.§. fi. inſtit.ad Tertul.ver. quæro an. Syl. nupt.in fol. lxvii.in vii.ampliat.ſentit Bald.in auth ſacramentum.in fin.C. quando mater. ponit Angel. in l. ſi inſulam, vbi etiam Alexan.in xii.col.in xi.fall. verſi. nota ex prædictis, de verb.obliga.

Contrariũ addit.ad Iacob. But.in d.l.ſciant.quando res eſt integra, quòd filio non ſit prouiſum de tutore.

Et fuit opin.Spec.in tit.de tut.§.nunc dicendum, ver. quid ſi mater. Alex.in apoſtil.ad d.l.ſciant.Bald.in cõſi. cccc xxiiii.volu.v.

Amplia decimò, etiam ſi mater vel alia perſona non accepta tutela, bene & legaliter adminiſtraſſet negocia pupilli, quia omnino priuatur ſucceſsione, quia nõ petiit

tiit tutorem. Bald.in d.l.matres.ver.quæro nunquid mater.C.ad Tertul.& in l.omnem, colum.fina.verſi.quid ſi mater.eod.titu.in l.precibus.colum.v.verſi. ſed quid ſi mater.C.de impub.in l.fin.in l.non oportet,verſi.quęro ergo.C.de bon.quæ liber.Pariſ.in conſi. lxxxvi. colum. fina.volu.i.in conſi.lxxxiiii.colum.pen.volu.ii.Calc. in conſi.xxxiii.col.ii.ver.& adduco.Paul.de Caſt.in l. omnem,circa fi.C.ad Tertul.Sal.in d.l.ſciant,colum.i. ver. quæro mater quando adminiſtrationem accepiſſet ſine iudice,ſecus ſi cum iudice, ſed alia ſolennia omiſiſſet, vt ibi per eum. Secundò fallit in muliere ruſtica, quæ non potuit conſulere peritiores, quia excuſatur, licèt tutorem non petierit, ſi modò bene adminiſtrarit.& idẽ Paul.de Caſt.in l.Clodius. verſic. ſed aduerte ad vnum caſum.ff.de acqui.hæred.Alex.in l.iuris ignorantia,circa fi.verſi.ad quod etiam vide.C.qui admit. Claud.in l. ii.in prin.ver.& infert hic. Paul.de Caſt. ad matrem.C. de in ius vocan.& ibi Lancelot.Dec.in prin. & ſequitur Aret.Beltrand.in conſi.ccxxix.col.i.vol.iii.Brun.in tracta.de forma, fol.xcv.col.iiii.& ſeq.

Tertiò limita,niſi eſſet tutor teſtamentarius,quia talis adminiſtrando, licèt non ſolemniter, quanuis non petierat alium tutorem,non priuatur ſucceſsione. Abbas in conſi.xc.volu.ii.& Ang.in conſi.cvii.

Amplia vndecimò,etiam ſi ipſa mater ſit tutrix relicta in teſtamento,& non fecerit ea quę facere debebat, nec alium tutorem petierit,vt Bald.conſi.ccxv.in ii.par. & Sal.in loco pręalleg.in v.ampliatione.

Duodecimò amplia,vt etiam mulier ruſtica non excuſetur,quæ non conſuluerit peritiores,etiam cum potuerit illos conſuluere.Io.Nico.in i.reſp.in ii.dubio.vbi etiam ſi conſuluit vnum peritum,niſi ſaltem adminiſtrauerit bona pupilli,vt ſuprà dictum eſt in x.ampliatione. Limita,vt per Soc.in conſi.xxxix.col.vi.

Tertiodecimò amplia,vt non ſit neceſſe probare hãc negatiuam,tutorem ſcilicèt eſſe petitum infra annum, vt dicit Corn.in l.ſciant.colum.i.allegat in contrarium

Bar.

Bar. Alex.in conſi.clxxxvi.col.fi.vol.vi.Io.Ant.Alex.in conſi.lxxxi. col. i. & tenendo iſtam partem, intellige,ꝙ probetur filium deceſsiſſe infra pubertatẽ, & dicit Sali. in d.l.ſciant, circa fi.& ibi Corn.in vlt. not. Bald.in addit.ad Specu.in titu.de poſſeſ.charta ii. ver. pono quod Berta fuit vxor.Signor. in conſi. cxcvii. & idem quò ad hoc,vt probet filium deceſsiſſe poſt annum. Alexan. in conſi.clxxxv.col.fi.vol.vi.

